



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

M. JACOBI THOMASII,
Orator. Prof. Publ.

PHILOSOPHIA PRACTICA,

CONTINUIS **TABELLIS**

comprehensa,

cum Annotationibus ejusd.

Editio Novissima.



L I P S I Æ,

Sumpt. **JOH. LUDOVICI GLEDITSCHII,**
& *Heredum* M. G. Weidmanni.



ANNO M. DC. **XCVII.**



PRÆSCRIPTIO AD LECTOREM,

Primæ Editioni, cui Annotationes nondum accesserant, Anno 1661 præmissa.



Ui Auditores mihi fu-

turi sunt, eos alias alloquar. Nunc cæteros maxime, quorum oculis atque judiciis, sic ferentè Bibliopolæ commodo, privatum limen egressæ exponentur hæ tabulæ, appello ac rogo, ne præcipiti sententiâ damnent novitatis, quæ sunt vetera, aut ab Aristotele illicò dissentire credant, quæ recedant alicubi à commentariis eorum, qui summi Philosophi interpretes se profitentur, aut sectatores. Tamen enim ab eo tempore, quo non modo ferulæ manum, sed & imperio magistrorum mentem subducere fas fuit, præclara mihi semper, omnique tuenda studio visa res fuit, philosophicâ libertate adversus etiam Principem philosophiæ, si religio, si veritas, si ratio postularet, uti: tamen nunquam se mihi approbavit procacitas hujus seculi novaturientis, quo multi tum demum egregiè se putant discentium studiis consulere, si à tricâ semita seductos per sua vestigia secum abripiant, & Philosophiam in sectas sive novas, sive revocatas ab orco veteres & interpolatas, diducant. Quæ, patefacta semel quidvis opinandi licentia, tam foecundè succrevit, ut Hæresiarcharum recentium Catalogus confici minimo negotio queat non minimus. Vicissim hæc eorum placuit desidia, qui Aristotelis interpretem qualemcunque nacti vel imperitissimum, ab hoc mallet ejus doctrinam resciscere, & sic enunciare ad discipulos, quam Magistrum ipsum percontari, & lingua loquentem suâ diligenter auscultare. Planum fecerunt eruditissimi

tissimi quidam memoria nostra viri, in multis à mente Philosophi excidisse interpretes ejus, præcipuè latinos. Ac nescio, an non horum temeritati non ex minima parte imputare possit invidiam sui nominis Aristoteles, dum illorum ineptias ut suas objectas sibi audi-ri cogitur. Hæc me ratio movit, LECTOR BENEVOLE, ut, cum Summi quidam & Optimi viri filios suos tum aliis humanita-ris artibus, tum Practicæ philosophiæ elementis imbuendos meæ fi-dei crederent, de Tabellis ita concinnandis cogitarem, ut nec teme-rè discessionem facerent ab Aristotelis doctrinâ, & navos tamen pul-cherrimo corpori quorundam interpretum incuriâ adspersos tolle-rent. Eas, ubi rem sensu non abire sine fructu diligentium, visum est, locupletatas à me, multisque, ut spero, locis redditas meliores, Ty-pographo dare, ut Scholæ meæ privatæ usibus commodius servi-rent. Veritatis amorem profiteor, in quibus errasse me deprehen-dam, ea non propugnabo, qui jam hic mutaverim quædam, aliter ante quatuor annos in Breviario Nicomacheorum à me posita. Do-ctrinas de Jure Naturæ, de Optima Rep. de Ratione Status hic sepo-sui, non tam quia idem prope factum viderem à plerisque systema-tum scriptoribus, quàm quod in iis elucubrandis ordinandisque desti-tuerent me orium & adminicula. Interim quantillum id cunque est, quod hic damus, boni consule, qui hæc legis, & conatibus no-stris, si id mereri videbuntur, fave!

* * * * *

Hæc ex parte Deo, partim sibi vindicat Auctor;

Apta & vera Deo; falsa & inepta sibi:


Desq; sibi veniam erranti non sponte, precatur;

Soli sed laudem, Lector amice, DEO.

TABU-

TABULA TABULARUM.

PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ		Tab. I.	
Prior, de Fine, est ETHICA,		II.	
& dividitur in			
Pars	de	<i>Boni Hominis in genere.</i>	III.
		<i>Potentis Animæ Humane.</i>	IV.
		<i>Summo Homine pariter & totius Civitatis Bono.</i> Cujus	V.
		<i>Definitio.</i>	
		<i>Diviso in Beatitudinem Theoreticam & Practicam.</i>	
		de quibus	
		Theoretica declaratur breviter.	VI.
		Practica absolvitur virtutibus Practicis. Quarum alia est	
		directa, (<i>Natura.</i>)	VII.
		nempe	VIII.
		<i>virtutum mor-</i>	IX.
		<i>alis. De</i>	X.
		<i>cujus</i>	
		<i>Objectio</i>	
		in genere.	
in specie,			
nempe			
de			
<i>Affectibus humanis,</i>			
<i>universis.</i>			
<i>Actionibus</i>			
<i>humanis</i>			
quoad			
<i>earum Principia.</i>			
<i>divisionem in spontaneam</i>			
<i>& circumstantiam.</i>			
<i>Principia.</i>			
<i>Divisionibus tribus.</i>	XI.		
Quarum	XII.		
<i>synoptice exhibentur univèrse</i>	XIII.		
<i>præma fit in</i>	XIV.		
<i>speciebus. Hæ</i>	XV.		
separatim ex-	XVI.		
ponuntur	XVII.		
singulæ. Nimi-	XVIII.		
rum	XIX.		
1. <i>Fortitudo.</i>	XX.		
2. <i>Temperantia.</i>	XXI.		
3. <i>Liberalitas.</i>	XXII.		
4. <i>Magnificencia.</i>	XXIII.		
5. <i>Modestia.</i>	XXIV.		
6. <i>Magnanimitas.</i>	XXV.		
7. <i>Mansuetudo.</i>	XXVI.		
8. 9. 10. <i>Tres Homologice.</i>	XXVII.		
11. <i>Justitia particularis.</i>	XXVIII.		
seipsum, & sic			
retinet nomen			
virtutis.			
alios homines, & vocatur			
<i>Justitia universalis.</i>			
Hujus			
Principium dirigens actuale est			
<i>Justum & injustum.</i>			
verò			
Conjugatum est			
<i>Semivirtus, Virtus communis,</i>			
<i>& Heroica.</i>			
In statu autem Semivirtutis & semivirtutis			
processus moralis			
exhibetur			
dirigens: <i>Prudentia.</i> De qua & ceteris			
<i>Virtutibus Intellectualibus.</i>			
Adjuncta: Bona scilicet post Virtutem optima			
Internis, <i>Voluptas.</i>			
in			
Externis, <i>Amicitia.</i>			
Posterior, POLITICA: De cujus natura & constitutione			
Hæc dividitur in Doctrinam			
de Civitate,			
tanquam			
Subjecto.			
Cujus			
Genus, <i>Societas humana naturalis.</i>			
Materia complexa			
remota, <i>Societates domesticæ</i>			
propinque			
<i>Domus seu familia.</i>			
<i>Vicus seu Pagus.</i>			
<i>Definitio.</i>			
Materia simplex			
<i>Civis.</i>			
Cujus			
<i>Definitio.</i>			
<i>Affectio, Dignitas Civilis.</i>			
<i>Divisiones.</i>			
Forma, <i>Republica,</i>			
Divisio secundum gradus fit in			
<i>Remp. simplicem & mixtam.</i>			
hujus			
<i>Regnum cum Tyrannide.</i>			
<i>Species comparantur</i>			
inter se, scilicet			
<i>Aristocratia cum Oligarchia</i>			
<i>Politia cum Democratia.</i>			
<i>cum Societatibus domesticis.</i>			
Affectio: <i>Majestas,</i> cujus			
<i>Natura</i> exponitur.			
<i>Divisio in partes.</i>			
<i>Mutatio & causæ corrumpentes</i>			
de Legibus, tanquam mediis.			



JUVANTE TRIUNO!

TAB. I. De Philosophiæ Practicæ Naturâ & Constitutione.

- Philosophiæ Practicæ notetur
- I. *Discrimen à Philosophiâ Theoreticâ.* Etenim Philosophia $\left\{ \begin{array}{l} \text{Theoreticâ} \\ \text{Practicâ} \end{array} \right\}$ pro ultimo fine per se habet $\left\{ \begin{array}{l} \text{contemplationem:} \\ \text{actionem.} \end{array} \right.$
 - II. *Synonymia.* Vocatur $\left\{ \begin{array}{l} \text{ab Aristotele Politicâ} \\ \text{à Stoicis Ethicâ} \end{array} \right\}$ vocabulo latius, quàm hodiè solet, accepto.
Vocatur etiàm $\eta \omega \sigma \tau \alpha \alpha \nu \theta \rho \omega \pi \iota \nu \alpha \Phi \iota \lambda \sigma \sigma \phi \iota \alpha$; Philosophia circa res humanas, cap. ult. Nicom.
 - III. *Methodus* $\left\{ \begin{array}{l} \text{Philosophia Practicâ tractari debet Methodo Analyticâ.} \\ \text{Hæc verò considerat 1. finem: 2. Subjectum: 3. mediâ.} \\ \text{Et queri debet in totâ Philosophiâ Practicâ, non in partibus ejus separatim.} \end{array} \right.$
 - IV. *Partes duæ* $\left\{ \begin{array}{l} \text{Ethicâ} \\ \text{Politicâ} \end{array} \right\}$ quæ considerat $\left\{ \begin{array}{l} \text{finem seu bonum summum hominis Tab. II. & seqq.} \\ \text{subjectum illius finis, quod est civitas: & mediâ cum in-} \\ \text{troducuntia, quæ sunt leges Tab. XXXII. & seqq.} \end{array} \right.$
- † 1. Alii Methodum Analyticam seorsim in Ethicâ, seorsim in Politicâ querunt.
2. Sunt, qui tertiam Philosophiæ Practicæ partem adjoinant Oeconomicam. Sed hanc nihil obstat, quò minus sub Politicâ comprehendamus.
3. Plerique Ethicam à Politicâ discernunt, tanquam partem communem à propriâ.

TAB. II. De Ethicæ Naturâ & Constitutione.

- Ethicæ notetur
- I. *Homonymia.* Ethicæ vox sumitur $\left\{ \begin{array}{l} \text{latè, pro totâ Philosophiâ Practicâ apud Stoicos;} \\ \text{strictè, pro parte ejus solâ priorè: & ita h. l.} \end{array} \right.$
 - II. *Etyologia.* Sic appellatur, quia maxime occupatur in explicandis virtutibus $\eta \theta \iota \kappa \alpha \iota$ seu moralibus.
 - III. *Synonymia.* Unde latine vocari solet Philosophia moralis. Aristoteli $\pi \circ \lambda \iota \tau \iota \kappa \eta \omega \sigma \tau \alpha \eta \theta \iota \kappa \alpha$.
 - IV. *Definitio.* Ethicæ est prior pars Philosophiæ Practicæ, agens de ultimo fine, seu summo bono hominis.
 - V. *Partitio.* Dividemus eam in $\left\{ \begin{array}{l} \omega \sigma \tau \omega \sigma \iota \alpha \left\{ \begin{array}{l} \text{de Bono Hominis in genere, Tab. III.} \\ \text{de Potentiis Animæ humanæ; Tab. IV.} \end{array} \right. \\ \theta \epsilon \omega \rho \eta \tau \iota \kappa \alpha \text{ de summo Bono hominis:} \\ \text{cujus} \left\{ \begin{array}{l} \text{Definitio; Tab. V.} \\ \text{Divisio in partes; Tab. VI. & seqq.} \\ \text{Adjuncta} \left\{ \begin{array}{l} \text{Voluptas, Tab. XXX.} \\ \text{Amicitia, Tab. XXXI.} \end{array} \right. \end{array} \right. \end{array} \right.$

† Vulgo duæ Ethicæ partes ita constituunt, ut prior sit de Summo Bono tanquam fine, posterior de virtutibus, tanquam mediis. Quibus nonnulli tertiam interjiciunt, de animâ tanquam subiecto; vel actionibus, aut homine ipso, tanquam objecto. Quæ opinio inde manavit, quia crediderunt, Analyticam methodum in Ethicâ separatim queri oportere integram. Sed hic præfero sententiam Jansen Denores, Piccarti, Wichelmanni, & aliorum, qui in Ethicis nihil præter doctrinam de fine ultimo hominis agnoscunt. Nam etsi de Virtutibus quoque hic agitur nec negandum est habitus virtutis esse certo quodam sensu mediâ Summi Boni: tamen Analytica methodus alia mediâ postulat, quàm quæ in definitione finis expresse includantur: talia nempe, quæ similia sint phærmacis & horum præscriptioni in arte medica. Hanc autem rationem in prædictâ philosophiâ habere leges passim innuitur ab Aristotele. Vide in primis Cap. ult. Nicomach.

A

I. Synony-

TAB. III.

De Bono Hominis in genere.

De Bono Hominis in genere notetur

I. *Synonymia*. Vocatur & *Finis* Hominis.

II. *Definitio*. Bonum { hominis est, quod appetitur } prosequitur { tanquam ob- } conveniens.
 III. *Oppositum*. Malum { petitus hominis } averfatur { jectum sibi } inconveniens.

1. in { verum } in quod fertur { ordinatus } vel cujus pravitia } non est decepta.
 { apparens } appetitus { inordinatus } cognitio } est decepta.

2. in { honestum } quod appetitur { propter se à rectâ ratione : }
 { jucundum } { ab appetitu sensitivo : }
 { utile } { propter aliud. }

* Vox boni jucundi interdum extenditur & ad voluptates animi, quæ à rectâ ratione appetuntur.

tantum propter se : ac tale est finis absolutè ultimus.
 partim propter se, partim propter aliud : ac tale est finis comparatè ultimus, e. g. quod simul jucundum est & utile.

3. in Bonum quod appetitur { tantum propter aliud : ac tale est finis absolutè subordinatus, e. g. potio amara propter sanitatem ; sectio membri propter conservandam vitam. }

primâ } specie Qualitatis, } virtutes :
 secundâ } e. g. } solertia ingenii naturalis :
 tertiâ } } voluptas animi :

4. in { Animi in } prædicamento actionis, e. g. actiones secundum virtutem, }
 { Interim } { Corporis. Talia bona } sensuum integritas } Prudentiâ, }
 præcipue sunt qua- } robur } Fortitudine, }
 tuor, & à veteribus } pulchritudo } cum } Temperantiâ, }
 quatuor virtutibus } } }
 Cardinalibus hoc } sanitas } } }
 modo : } } } } }
 } } } } } } }
 } } } } } } }
 } } } } } } }

{ Externum, aliàs Bonum Fortune. Huc pertinent : Nobilitas, Divitiæ, Honor, Potentia Civilis, Libertas, Dominium, Possessio, Pax, Securitas, Amici, Conjux, Liberi. }

* Vox Boni externi interdum tam latè patet, ut comprehendat etiam Bona Corporis. Sic infra Tab. XXIII.

{ Naturale, quod homini inest per naturam, e. g. naturalis acrimonia visûs, in-genit. }

5. in { Theologicum, quod homini non nisi viribus gratiæ divi-næ supernaturalis contingit. }

{ Superveniens } { Philo- } { Theore- } Theoreticis }
 { sophic. } { ticum } { ticum } { Prudentiâ, } voca- }
 } { Practi- } { cum } { Practicis } turæve }
 } { cum } virtutibus } { Arte, } Bonū }
 } } } } } } }
 } } } } } } }
 } } } } } } }

* 1. Bonum Morale Bonitatem suam habet in voluntate operantis ; Artificiale in operatione vel opere extra voluntatem.

2. Bonum Morale analogicè dividitur in Ethicum seu naturale, & Politicum, seu legale.

3. Quod moraliter nec bonum nec malum est, capax tamen utriusque moralitatis, vocatur Indifferens. Estque tale vel propter abstractionem à circumstantiis moralibus, e. g. a-mare, edisse, edere, bibere : vel propter permissionem Legis, e. g. portare gladium

De bono Morali plura dicentur Tab. XXIX.

1. In multitudine Bonorum hominis unum alteri est subordinatum

2. Itaque unum Bonum altero est præstantius : Bonum scilicet honestum jucundo & utili ; Quod tantum propter se appetitur, cæteris ; Bonum animi bono corporis, & hoc bono fortunæ ; Superveniens naturali ; Theologicum Philosophicè ; Theoreticum Practico ; Morale artificiali.

V. Theore-mata.

3. Bonum Morale quiescit in *εργεία* seu operatione, artificiale interdum in *εργεία*, interdum in *εργον*, seu opere.

† Doctrinam de Bono in genere rectè præmittit *Burgensidicium*, tametsi à plerisque *Ethicis* neglectam, aut valdè dispersam.

I. Sedes

TAB. IV.

De Potentiis Animæ Humanæ.

I. *Sedes Doctrinae.* Quæ quidem propriè pertinet ad *Physicam*. Sed inde tamen huc transfere-
renda sunt quædam, tum quia jam Tab. præced. facta est mentio appetitûs & præ-
viæ cognitionis, rectæ item rationis & appetitûs sensitivi: tum quia in Ethicis sine
hâc doctrinâ nec divisio virtutum in intellectuales & morales, nec alia multa rectè
percipi possunt.

* *Interim scire, an potentia anima inter se, & ab animâ, realiter differant, an solâ
ratione, Ethici nihil interest.*

II. *Synonymia.* Potentiæ animæ vocantur etiam Animæ *Facultates.*
Partes, μέρη, à Veteribus.

1. *Vegetativam*, quæ sub se comprehendit facultatem *nutriendi, crescendi & generandi* sibi simile.

III. *Divisio in Facultatem*
2. *Sensitivam*, quæ comprehendit *sensum* { *Externum* (nempe visum, auditum, olfactum, gustum & tactum,) qui tantum patitur recipiendo speciem sensibilem.
Internum (nempe sensum communem, phantasiam & memori- am,) qui etiam agit: e.g. Phantasia agit eliciendo novam speciem rei bonæ vel malæ.

Appetitum concupiscibilem, qui prosequitur id quod phantasia judicavit bonum.
sensitivum irascibilem, qui averfatur a phantasia judicavit malum.

Locomotivam totius corporis.
partium corporis: e.g. capitis, oculorum, oris, manuum, &c.

Intellectum { *Theoreticum*, qui pro ultimo fine contemplationem.
Prædicum, ne habet actionem. Atque

hic in morali doctrinâ dividitur in Rectum seu *vellam Rationem*:
Corruptum seu *corruptam Rationem*.

3. *Rationalem*, quæ comprehendit *Voluntatem*, quæ

similiter est vel *concupiscibilis*, & prosequitur bonum.
irascibilis, & averfatur malum.

habet *libertatem* { *contradictionis*, seu exercitii, e.g. ambulandi, vel non ambulandi,
contrarietatis, seu specificationis, e.g. ambulandi, vel equitandi.

1. *Vegetativa* } communis cum plantis & brutis.
Sensitiva } est homini
Rationalis } propria: & in eâ circa verum occupatur intellectus
bonum } voluntas.

2. *Sensus*, imprimis *Phantasia*, } est similis } Intellectui, quia utraq; } *cognoscens.*
Appetitus sensitivus } } Voluntati, facultas est } *appetens.*

3. Sed } Intellectus } est superior } Sensu } & ejus defectum corrigere potest in
} Voluntatis } rior } Appetitu sens. } *naturalibus & civilibus.*

4. Quo pacto appetitus sensitivus in homine est *rationalis per participationem*: Sed voluntas est *rationalis per essentiam*. Unde & vocati solet simpliciter, *Appetitus rationalis.*

5. *Imperio voluntatis* non subest vegetativa, ideo est potentia simpliciter irrationalis.
subest appetitus sensitivus, ita ut possit reluctari. Et ideo imperium
locomotiva, ita ut non possit

Voluntatis in app. sens. comparatur civili, quia cives sunt personæ liberæ.
locomot. imperio herilis, quia servi non sunt beræ.

* *Locomotiva corporis similis est quodammodo in anima rationandi facultas illa, quæ intel-
lectui ad imperium voluntatis convergit se ad speculandum vel consulendum. Possit
appellare Locomotivam Animi.*

6. In Intellectu } sunt virtutes } *Intellectuales* ad cognoscendum Verum.
In Voluntate } } *Morales* ad prosequendum Bonum.

7. *Affirmatio* } in Intellectu, similis est } *Prosecutioni* } in Voluntate.
Negatio } } *Aversioni seu fuga*

† 1. *Plato ante Aristotèlem in usu doctrinæ de virtutibus tres animæ partes consti-
tuebat: 1. Rationalem, ἡ λογιστικὴν vel ἡγεμονικὴν. 2. Irascibilem,
τὸ θυμικόν, vel θυμοειδές. 3. Concupiscibilem, τὸ ἐπιθυμητικόν. Primam
locabat in capite, secundam in pectore, tertiam in infimo ventre.*

2. *De discrimine inter appetitum concupiscibilem & irascibilem maxima sunt
lites. Nos in tabulâ illud expressimus, quod ad cognoscendam Aristotelis do-
ctrinam aptissimum experti sumus. Nobiscum sentiunt Jason Denores, &
amiciss. Jo. Con. Durrinus.*

De Potentiis animæ humanæ notetur

Circa

Definitum notetur

Definitio- nem notetur

- I. *Synonymia*. Summum Bonum hominis vocatur & { Latinè, *ultimus seu summus finis hominis: Felicitas, seu Beatitudo Civilis.*
Græcè, τὸ ἀγαθὸν ἀπολύτῃ, ἀνθρώπινον ἀγαθόν, εὐδαιμονία, εὐπραξία, μακαριότης (τὸ ἀνθρώπινον.)
- II. *Distinctio Vocabuli.* S. B. hominis est vel { *Theologicum*, ad quod sacra Theologia hominem ducit, cujus ultimus gradus est in vitâ æternâ.
Philosophicum, quod à Philosophiâ sperari potest, & in hac vitâ civili absolvitur.
- * S. B. *Philosophicum iterum potest bifariam considerari, quatenus scilicet est aliquid commune cum omnibus creaturis: & hoc est DEUS, seu potius gloria DEI.*
homini { *proprium: & sub hoc conceptu S. B. hoc loco investigatur.* 10
- III. *An sit?* Aff. Quia aliàs sequeretur, in finibus, quorum unus alteri est subordinatus, dari processum in infinitum: quod est absurdum.
- IV. *Requisita*, quæ ex ipso vocabulo elici possunt. Debet enim esse *Bonum* { *Hominis, i. e.* { non debet esse homini commune cum bestiis.
debet esse in potestate hominis, sic, ut invito eripi non possit. 15
Summum: i. e. non debet esse appetibile propter aliud, (tanquam propter finem) sed tantum propter se.
- * *Idem autem est S. B. hominis unius & civitatis, id est, hominum multorum in societatem civilem copulatarum.* 20
- I. *Quid non sit?* Resp. { 1. *Voluptas corporis.* Quia hæc est homini communis cum bestiis, non debet appeti tantum propter se.
S. B. H. non est { 2. *Divitiæ.* Quia hæc non debent appeti propter se.
possunt invito eripi.
3. *Honor.* Quia hic non debet appeti tantum propter se, magis est in potestate honorantis, quàm honorati. 25
4. *Habitus Virtutis.* Quia hic non tam propter se, quàm propter actionem suam expetitur.
- II. *Quid sit?* Resp. Summum Bonum hominis est operatio animæ rationalis secundum virtutem optimam & perfectissimam I. Nicom. 7. In actionem enim virtutis requisita illa exacte conveniunt. 30
- * *Verba illa Definitionis Aristotelice, ἢ βίωσις τελείω, in vitâ perfecta, quin omittamus, nihil prohibet. Spectant enim ad existentiam Beatitudinis. Nobis verò satis est essentiam ejus definitione expressam habere.*
- III. *Quare in definitione non fiat mentio ceterorum bonorum animi inferioris ordinis, bonorum item corporis & fortuna?* Resp. quia nec sunt finis ipse ultimus, nec eum determinant. Fatendum interim, ea esse felicitatis jam instrumenta, jam causas sine quibus non, jam ornamenta, jam objecta materialia. 35
- IV. *An definitio isthac sit Felicitatis Theoreticæ, an Præcticæ, an utriusque?* Resp. utriusque; ut patebit Tab. seq. 40
- ¶ *Calluntur, qui existimant, solam Beatitudinem Præcticam ab Aristotele definitam esse. Theoreticæ enim Beatitudinis definitionem illam ipse applicat Philosophus, lib. X, cap. 7.*

TAB. IV.

De Potentiis Animæ Humanæ.

I. *Sedes Doctrinæ.* Quæ quidem propriè pertinet ad *Physicam*. Sed inde tamen huc transferenda sunt quædam, tum quia jam Tab. præcedi facta est mentio appetitûs & prævia cognitionis, rectæ item rationis & appetitûs sensitivi: tum quia in Ethicis sine hac doctrinâ nec divisio virtutum in intellectuâles & morales, nec alia multa rectè percipi possunt.

* *Inserim scire, an potentia anima inter se, & ab animâ, realitèr differant, an solâ ratione, Ethici nihil interest.*

II. *Synonymia.* Potentiæ animæ vocantur etiam Animæ } *Facultates.*
 } *Partes, μέρη, à Veteribus.*

III. *Divisio in Facultatem*

- 1. *Vegetativam*, quæ sub se comprehendit facultatem *nutriendi, crescendi & generandi sibi simile.*
- 2. *Sensitivam*, quæ comprehendit
 - Externum* (nempe visum, auditum, olfactum, gustum & tactum,) qui tantum patitur recipiendo speciem sensibilem.
 - Internum* (nempe sensum communem, phantasia & memoriâ,) qui etiam agit: e.g. Phantasia agit eliciendo novam speciem rei bonæ vel malæ.
- Appetitivam*
 - concupiscibilem*, qui prosequitur id quod phantasia judicavit bonum.
 - irascibilem*, qui averfatur a phantasia judicavit malum.
- Locomotivam* totius corporis.
 - partium corporis: e.g. capitis, oculorum, oris, manuum, &c. 20
- 3. *Rationalem*, quæ comprehendit
 - Intellectum*
 - Theoreticum*, qui pro ultimo fine contemplationem.
 - Practicum*, ne habet actionem. Atque
 - hic in morali doctrinâ dividitur in Rectum seu *veram Rationem*:
 - Corruptum seu *corruptam Rationem*.
 - Voluntatem*, quæ
 - similiter est vel *concupiscibilis*, & prosequitur bonum. 25
 - irascibilis*, & averfatur malum.
 - contradictionis*, seu exercitii, e.g. ambulandi, vel non ambulandi,
 - contrarietatis*, seu specificationis, e.g. ambulandi, vel equitandi. 30

De Potentiis animæ humanæ notetur

IV. *Comparatio earum inter se*

- 1. *Vegetativa* } communis cum plantis & brutis.
- Sensitiva* } est homini
- Rationalis* } mini
 - propria: & in eâ circa verum bonum occupatur intellectus & voluntas.
- 2. *Sensus*, inprimis *Phantasia*, est similis Intellectui, quia utraq; cognoscens. 35
- Appetitus sensitivus* } est similis } Voluntati, quia facultas est appetens.
- 3. *Sed* } Intellectus } est superior } Sensu } & ejus defectum corrigere potest in } *naturalibus & civilibus.*
- 4. *Quo pacto appetitus sensitivus in homine est rationalis per participationem*: Sed voluntas est *rationalis per essentiam*. Unde & vocati solet simpliciter, *Appetitus rationalis.* 40

5. *Imperio voluntatis* non subest vegetativa, idè est potentia simpliciter irrationalis. subest appetitus sensitivus, ita ut possit reluctari. Et idè imperio locomotiva, ita ut non possit um

Voluntatis in app. sens. comparatur civili, quia cives sunt personæ liberæ. 45

in locomot. imperio herilis, quia servi non sunt beræ.

* *Locomotiva corporis similis est quodammodo in anima rationali facultas illa, quæ intellectui ad imperium voluntatis convertit se ad speculandum vel consulendum. Possit appellare Locomotivam Animi.*

6. In Intellectu } sunt virtutes } *Intellectuales* ad cognoscendum Verum. 50

In Voluntate } } *Morales* ad prosequendum Bonum.

7. *Affirmatio* } in Intellectu, similis est } *Prosecutioni* } in Voluntate.

Negatio } } *Aversioni seu fuga* }

1. *Plato ante Aristotelem in usu doctrinæ de virtutibus tres animæ partes constituebat*: 1. *Rationalem*, τὸ λογιστικόν vel ἡγεμονικόν. 2. *Irascibilem*, τὸ θυμικόν, vel θυμοειδές. 3. *Concupiscibilem*, τὸ ἐπιθυμητικόν. *Primam locabat in capite, secundam in pectore, tertiam in infimo ventre.*

2. *De discrimine inter appetitum concupiscibilem & irascibilem maxima sunt lites.* Nos in tabulâ illud expressimus, quod ad cognoscendam Aristotelis doctrinam aptissimum experti sumus. Nobiscum sentiunt Jason Denores, & Amiciff. Jo. Con. Durrim.

Circa

Definitum notetur

Definitio- nem notetur

- I. *Synonymia*. Summum Bonum hominis vocatur & { Latinè, *ultimus seu summus finis hominis: Felicitas, seu Beatitudo Civilis.*
Græcè, τὸ ἀγαθὸν absolutè, ἀνθρώπινον ἀγαθόν, εὐδαιμονία, εὐπραξία, μακαριότης (τὸ ἀνθρώπινον.)
- II. *Distinctio Vocabuli.* { *Theologicum*, ad quod sacra Theologia hominem ducit, cuius ultimus gradus est in vitâ æternâ.
S. B. hominis est vel { *Philosophicum*, quod à Philosophiâ sperari potest, & in hac vitâ civili absolvitur.

* S. B. *Philosophicum iterum potest bifariam considerari, quatenus scilicet est aliquid commune cum omnibus creaturis: & hoc est DEUS seu potius gloria DEI. proprium: & sub hoc conceptu S. B. hoc locus investigatur.* 10

III. *An sit?* Aff. Quia aliàs sequeretur, in finibus, quorum unus alteri est subordinatus, dari processum in infinitum: quod est absurdum.

- IV. *Requisita*, quæ ex ipso vocabulo elici possunt. Debet enim esse *Bonum* { *Hominis*, i. e. { non debet esse homini commune cum bestiis.
debet esse in potestate hominis, sic, ut invito eripi non possit. 15
Summum: i. e. non debet esse appetibile propter aliud, (tanquam propter finem) sed tantum propter se.

* *Idem autem est S. B. hominis unius & civitatis, id est, hominum multorum in societatem civilem copulatum.* 20

- I. *Quid non sit?* Resp. { 1. *Voluptas corporis*. Quia hæc est homini communis cum bestiis, non debet appeti tantum propter se.
S. B. H. non est { 2. *Divitiæ*. Quia hæc non debent appeti propter se.
3. *Honor*. Quia hic non debet appeti tantum propter se. magis est in potestate honorantis, quam honorati. 25
4. *Habitus Virtutis*. Quia hic non tam propter se, quam propter actionem suam expetitur.

II. *Quid sit?* Resp. Summum Bonum hominis est operatio animæ rationalis secundum virtutem optimam & perfectissimam I. Nicom. 7. In actionem enim virtutis requisita illa exacte conveniunt. 30

* *Verba illa Definitionis Aristotelicæ, ἐν βίῳ τελευτῶν, in vitâ perfecta, quin omittamus, nihil prohibet. Spectant enim ad existentiam Beatitudinis. Nobis vero satis est essentiam ejus definitione expressam habere.*

III. *Quare in definitione non fiat mentio cæterorum bonorum animi inferioris ordinis, bonorum item corporis & fortuna?* Resp. quia nec sunt finis ipse ultimus, nec eum determinant. Fatendum interim, ea esse felicitatis jam *instrumenta*, jam *causas sine quibus non*, jam *ornamenta*, jam *objecta materialia*. 35

IV. *An Definitio isthac sit Felicitatis Theoreticæ, an Practicæ, an utriusque?* Resp. utriusque, ut patebit Tab. seq. 40

¶ *Falluntur, qui existimant, solam Beatitudinem Practicam ab Aristotele definitam esse. Theoreticæ enim Beatitudinis definitionem illam ipse applicat Philosophus, lib. X, cap. 7.*

TAB. VIII.

De Objecto Virtutis moralis.

I. Divisio in Objectum	{	<p><i>Externum</i>, quod est res vel Persona (unde nova distinctio in Objectum <i>Reale & Personale</i>) extra hominem posita, movens affectum, circa quam postea occupatur actio externa, e. g. cibus.</p>	30
		<p><i>Materiale Internum</i>, quod est affectus aliquis indifferens, ab objecto externo excitatus, e. g. cupiditas cibi. Plura de Affectibus Tab. seq.</p>	
		<p><i>Medium</i>, quod est actio aliqua hominis externa indifferens, excitata ab affectu, & occupata circa objectum externum, e. g. edere. Plura de Actionibus Tab. X.</p>	
		<p><i>Formale</i>, quod est ipsa mediocritas, seu bonitas moralis ac rectitudo, quam virtus in objecto interno & medio efficere cogitat.</p>	
Circa Objectum Virtutis Moralism notentur	{	<p>1. Objectum materiale virtutem distinguunt a virtute alia, non vero a virtute sibi opposita.</p>	25
		<p>2. Itaque Aristoteles in definitionibus specierum virtutis mediocritatem, quae est forma earum generica, solet ponere loco generis; objectum vero ali-quod materiale loco differentiae specificae.</p>	
		<p>3. Differentiae autem hujus ratio praecipua quandoque est in objecto externo, quandoque in interno, quandoque in medio, Vid. Tab. XIII.</p>	
		<p>4. Quarundam virtutum objecta interna vel media in earum definitionibus duo nominantur, eaq; sibi opposita. Et omnino nulla est virtus, cui pro objecto medio non possint assignari duo actus oppositi: sed talium objectorum semper unum est <i>primarium</i>, alterum <i>secundarium</i>.</p>	
		<p>5. Mediocritas moralis introducit in objectum non externum, sed inter-num (non enim plane tollendi sunt affectus, sed moderandi) & me-dium.</p>	
		<p>6. Magis tamen denominat internum, quam medium.</p>	
II. Theore-mata	}		

TAB. IX.

De Affectibus humanis.

De Affe-ctibus notentur	{	<p>I. <i>Definitio</i>. Affectus humanus est actus facultatis appetentis a.) ortus ex cognitione boni vel mali b.) <i>Differentia petita est tum a subiecto a.) tum ab objecto b.)</i></p>		
		<p>II. <i>Subiectum</i>: Appetitus</p>	<p>{ sensitivus } quorum uterq; est vel { concupiscibilis, irascibilis. Vid. Tab. IV. 30</p>	
		<p>{ rationalis }</p>	<p>{ malum, ut Timor, pertinetq; ad facultatem irascibilem.</p>	
III. Divi-siones	{	<p>1. ab Objecto: Affectus versatur vel circa</p>	<p>{ bonum, ut cupiditas } pertinetq; ad facultatem concupiscibilem. 35</p>	
		<p>{ malum, ut Timor, pertinetq; ad facultatem irascibilem.</p>	<p>{ voluptatum corporearum: } pertinetq; ad facultatem concupiscibilem.</p>	
		<p>{ bonum, ut cupiditas } moderata.</p>	<p>{ malum, } cibi immoderata.</p>	
		<p>{ indifferens, ut cupiditas cibi.</p>		
		<p>2. a forma: Affectus est vel determinatus ad</p>		
		<p>{ bonum, } ut cupiditas moderata.</p>	<p>{ malum, } cibi immoderata.</p>	
		<p>† 1. Affectus etiam in appetitu rationali seu voluntate querendos esse, assentior Ch. Durrio.</p>		
		<p>2. Itam vero ad facultatem concupiscibilem ex mente Aristotelis referre me docuit Jason Denores.</p>		

TAB. X.

De Actionibus humanis.

I. *Distinctio vocabuli.* Actio hominis alia est $\left\{ \begin{array}{l} \text{mere naturalis, e. g. concoctio in ventriculo.} \\ \text{voluntaria seu libera: \& tales sunt hujus loci.} \end{array} \right.$
 II. *Definitio:* Actiones humanæ h. l. sunt motus provenientes ab homine, ut agente libero, seu, qui procedunt à voluntate humanâ. 5

III. *Principium, Voluntas.*

Simplex, quæ rursus dividitur ex parte

i. Formæ in $\left\{ \begin{array}{l} \text{Indifferentem, e. g. velle, edere, Huc refer actiones artificiales,} \\ \text{quæ tales.} \\ \text{Moralem } \left\{ \begin{array}{l} \text{Bonam: e. g. velle honestum: edere moderatè.} \\ \text{Malam: e. g. velle turpe: edere immoderatè.} \end{array} \right. \end{array} \right.$ 10

* i. Moralitas actionum æstimatur à circumstantiis moralibus, quæ juxta versiculum: Quis? Quid? Ubi? Quibus auxiliis? Cur? Quomodo? Quando? 15

sunt $\left\{ \begin{array}{l} \text{causa } \left\{ \begin{array}{l} \text{Principalis. - - - 1. Quis?} \\ \text{Instrumentalis. - - - 2. Quibus auxiliis?} \\ \text{Finalis - - - - - 3. Cur?} \\ \text{Materialis seu objecti externi. - 4. Quid?} \\ \text{Formalis. - - - - - 5. Quomodo?} \\ \text{Adjuncti } \left\{ \begin{array}{l} \text{Loco. - - - - - 6. Ubi?} \\ \text{Temporis. - - - - - 7. Quando?} \end{array} \right. \end{array} \right.$

2. Ad actionem moraliter & ethice bonam requiritur, ut omnes circumstantie morales rectè se habeant. 20

3. Quod si vel una rectè se non habet. vitatur actio.

4. Politica tamen moralitas judicatur secundum ea tantum, quæ in oculis incurrunt, aut aliàs probari possunt. 25

2. Efficientis in $\left\{ \begin{array}{l} \text{Elicitam, quæ efficitur à voluntate immediatè, seu elicitur à voluntate intra se ipsam: ut velle, nolle, eligere, rejicere.} \\ \text{Imperatam, quæ efficitur à voluntate mediatè, seu, quæ ad imperium voluntatis efficitur ab aliis potentiis, puta appetitu sensitivo, & locomotivâ. e. g. edere.} \end{array} \right.$ 30

* Moralitas actionum Ethica $\left\{ \begin{array}{l} \text{primario} \\ \text{secundario} \end{array} \right\}$ est in actionibus $\left\{ \begin{array}{l} \text{elicitis.} \\ \text{imperatis.} \end{array} \right.$

3. Adjuncti in $\left\{ \begin{array}{l} \text{Internam, seu immanentem, quæ non incurrit in sensus aliorum,} \\ \text{hominum: e. g. velle, imaginari, meditari.} \\ \text{Externam, seu transeuntem, quæ incurrit in sensus aliorum hominum, e. g. edere, bibere, ambulare, movere manum, pedem.} \end{array} \right.$ 35

* 1. Omnis actio externa est imperata, sed non contra.

2. Actio externa subdividitur in spontaneam & invitam; De quibus Tab. seq.

3. Actionis externæ spontaneæ principia sunt certæ Actiones internæ. De quibus Tab. XII. 40

Complexa, quæ dividitur $\left\{ \begin{array}{l} \text{oritur ex conjunctione Actionis } \left\{ \begin{array}{l} \text{Elicitæ & imperatæ;} \\ \text{Internæ & externæ;} \end{array} \right. \\ \text{1. in Actum } \left\{ \begin{array}{l} \text{commissionis, seu positivum.} \\ \text{omissionis, seu negativum.} \end{array} \right. \\ \text{2. in eam, quæ habitum moralem } \left\{ \begin{array}{l} \text{antecedit.} \\ \text{sequitur.} \end{array} \right. \end{array} \right.$ 45

* Actio, quæ habitum moralem $\left\{ \begin{array}{l} \text{Virtutis sequitur,} \\ \text{Vitiis - - - ,} \\ \text{antecedit,} \end{array} \right\}$ habet gradum $\left\{ \begin{array}{l} \text{maximum:} \\ \text{minimum:} \\ \text{mediocrem.} \end{array} \right.$

Circà Actiones humanas notetur

IV. Divisio. Actio humana est vel

Circa

TAB. VIII.

De Objecto Virtutis moralis.

<p>Circa Objectum Virtutis Moralis notentur</p>	<p>I. Divisio in Objectum</p>	<p>II. Theoremat.</p>	<p>30</p>	<p>{ <i>Externum</i>, quod est res vel Persona (unde nova distinctio in Objectum <i>Reale</i> & <i>Personale</i>) extra hominem posita, movens affectum, circa quam postea occupatur actio externa, e. g. cibus.</p>
				<p>{ <i>Materiale</i> { <i>Internum</i>, quod est affectus aliquis indifferens, ab objecto externo excitatus, e. g. cupiditas cibi. Plura de Affectibus Tab. seq.</p>
				<p>{ <i>Medium</i>, quod est actio aliqua hominis externa indifferens, excitata ab affectu, & occupata circa objectum externum, e. g. edere: Plura de Actionibus Tab. X.</p>
				<p>{ <i>Formale</i>, quod est ipsa mediocritas, seu bonitas moralis ac rectitudo, quam virtus in objecto interno & medio efficere cogitat.</p>
				<p>1. Objectum { materiale } virtutem di- { virtute alia, non vero à vitis sibi oppositis.</p>
				<p> { formale } stinguat à { vitis sibi oppositis, non vero à virtute alia.</p>
				<p>2. Itaque Aristoteles in definitionibus specierum virtutis mediocritatem, quæ est forma earum generica, solet ponere loco <i>generis</i>; objectum vero ali- quod materiale loco <i>differentia specificæ</i>.</p>
				<p>3. Differentiæ autem hujus ratio præcipua quandoque est in objecto <i>externo</i>, quandoque in <i>interno</i>, quandoque in <i>medio</i>, Vid. Tab. XIII.</p>
				<p>4. Quarundam virtutum objecta interna vel media in earum definitionibus duo nominantur, eaq; sibi opposita. Et omnino nulla est virtus, cui pro objecto medio non possint assignari duo actus oppositi: sed talium <i>objectorum</i> semper unum est <i>primarium</i>, alterum <i>secundarium</i>.</p>
				<p>5. Mediocritas moralis introducitur in objectum non externum, sed inter- num (non enim planè tollendi sunt affectus, sed moderandi) & me- dium.</p>
				<p>6. Magis tamen denominat internum, quam medium.</p>

TAB. IX.

De Affectibus humanis.

<p>De Affectibus notentur</p>	<p>III. Divi- siones</p>	<p>I. <i>Definitio</i>. Affectus humanus est actus facultatis appetentis a.) ortus ex cognitione boni vel mali b.) <i>Differentia petita est tum a (subjecto a.) tum ab objecto b.)</i></p>	
		<p>II. <i>Subjectum</i>: Appetitus { sensitivus } quorum uterq; est vel { concupiscibilis, } 30</p>	<p>{ rationalis } { irascibilis. Vid. Tab. IV.</p>
		<p>1. ab Objecto: Affectus versatur vel { <i>malum</i>, ut Timor, pertinetq; ad facultatem <i>irascibilem</i>.</p>	
		<p> { <i>bonum</i>, ut cupiditas } { voluptatum cor- } pertinetq; ad</p>	
		<p> { } { porearum: } facultatem <i>con-</i> 35</p>	
		<p> { } { divitiarum: } { cupidibilem.</p>	
		<p> { } { honoris: } { vindictæ, i. e. ira, }</p>	
		<p> { <i>indifferens</i>, ut cupiditas cibi.</p>	
		<p>2. à formâ: Affectus est vel { <i>determinatus</i> ad } { <i>bonum</i>, { ut cupiditas } moderata.</p>	
		<p> { } { <i>malum</i>, } { } cibi { immoderata.</p>	
		<p>† 1. Affectus etiam in appetitu rationali seu voluntate querendos esse, assentior Ch. Durrio.</p>	
		<p>2. <i>Iram</i> vero ad facultatem concupiscibilem ex mente Aristotelis referre me docuit Jason Denores.</p>	

De Principiis Actionum Humanarum notetur

universum

figillatim, quod attinet ad

I. *Quis h. l. sit sensus questionis: Quot sint principia Actionum humanarum? Responsum nihil aliud querit hac questio, quam: Quot sint actiones animæ rationalis internæ, è quibus, tanquam principiis propinquis, fluant Actiones spontaneæ externæ? Repete Tab. X. lin. 40.*

II. *Numerus Principiorum. Ea sunt quatuor:*

- Duo circa finem: in Intellectu **CONSCIENTIA**: in Voluntate **VOLUNTAS** strictè dicta.
- Duo circa media: in Intellectu **CONSULTATIO**: in Voluntate **ELECTIO**.

1. *Homonymia.* Conscientia est vel rei facte. Quo sensu distinguitur objectivè in bona nam & malam. *faciende, & ita sumitur h. l.*

I. **CONSCIENTIAM.**
2. *Definitio.* Conscientia h. l. est actus Intellectûs Practici circa finem ipsum, talis scilicet, quo judicatur ab intellectu, an actio sit honesta, an turpis, an indifferens?

3. *Divisio ratione formæ in*

- Rectam, quæ rectè judicat, ob intellectûs rectitudinem, 15*
 - * *Rectè judicare honestam est actionem* } *judicare* } *honestam; turpem; indifferentem.*
 - Errantem, quæ non rectè judicat ob intellectûs deceptionem, aut depravationem. 20*

* *Non rectè sed perperam judicare, est actionem* } *judicare* } *turpem vel indifferentem; honestam vel indifferentem; honestam vel turpem.*

1. *Homonymia, Voluntas* } *potentiâ volendi: & sic suprâ Tab. IV.*

II. **VO- LUNTATEM.**
Voluntas sumitur pro

- 1. *potentiâ volendi: & sic suprâ Tab. IV.*
 - circa finem* } 1. in } *plenam* } *quæ locum* } *merè spontaneis.*
 - } } *non plenam* } *habet in* } *mixtis.*
 - } } *& sic* } } }
 - } } *dividitur* } } }
 - } } } } }
 - } } } } }
- 2. *efficacem, quæ non tantum vult finem, sed & media. 30*
- 3. *inefficacem, seu complacentia (solius,) quæ vult quidem finem, sed non media.*

2. *Synonymum.* Vocatur etiam *Volitio*.
3. *Definitio.* Voluntas h. l. est actus voluntatis (*id est potentiâ volendi*), circa finem ipsum. 35

III. **CÔ- SULTATIONEM.**
1. *Synonymum.* Vocatur etiam *Deliberatio*.
2. *Definitio.* Consultatio est actus intellectûs practici circa media, id est, inquisitio mediorum ad finem conducentium, & eorum dijudicatio. 40

* 1. *Ad Media, ut sub consultationem cadant, præterea requiritur, ut sint vel videantur*

- 1. *Possibilia homini. & quidem illi ipsi, qui deliberat, vel in cujus gratiam deliberatur.*
- 2. *Multa, ad minimum duo. Nam ut ex uno nulla datur electio, sed ex multis: ita nec de uno datur consultatio, sed de multis. 45*

2. *Defectû primæ conditionis non deliberatur de*

- 1. *præteritis.*
- 2. *futuris necessariis.*
- 3. *contingentibus casualibus vel fortuitis.*
- 4. *illis, quæ sunt extrâ potestatem deliberantis, &c.*

IV. **ELECTIONEM.**
1. *Definitio.* Electio h. l. est actus voluntatis circa media, per quem scilicet, voluntas è multis mediis ab intellectu dijudicatis pro arbitrio certum aliquod, se positis cæteris, eligit. 50

2. *Objectum, quod idem est cum objecto Consultationis.*

† *Aristoteles lib. III. Nicom. de spontaneo, ELECTIONE, consultatione, voluntate, & libero arbitrio eum in finem egit, ut declararet genus virtutis moralis, dum dicitur habitus ELECTIVUS. Perperam creditum est vulgo, voluisse eum nobis principia actionum humanarum per ista capita enumerare: cum ipse nullibi sollicitus sit de alio principio, quam quod est proximum, actus appetitûs sive sensitivi sive rationalis. Interim istâ præsumptione factum est, ut alii, cum de principii actionum queritur, quinq; ista, quæ lib. III. Nicom. exponi diximus, nominarent omnia, alii tria tantum ex illis, pleriq; quatuor. Hi optime, nisi quòd spontaneum differentia potius est actionum, quam principium. Itaq; in ejus locum substituímus conscientiam, ut quomodocunq; recepta doctrina condescenderemus. Insutarum actionum principia intelligi possunt è Tabula præcedente.*

I. *Distinctio vocis.* Spontaneum accipi potest } 1. per modum } *abstracti.*
} *concreti, & ita h. l.*
} 2. ut notet aliquid homini } *cum brutis commune.*
} *proprium, & ita sumimus h. l.*

II. *Synonymia.* Actio } *spontanea* vocatur etiam } *voluntaria.*
} *invita* } *involuntaria.*

Spontaneam, } 1. *Requisita,* ut *SCIENS,* nempe circumstantias morales.
} *cujus* aliquis agat } *VOLENS,* id est, ex libertate voluntatis suae.
} 2. *Definitio:* Actio spontanea est, cujus principium (*primum morale,* id est, nempe *VO LUNTAS*) est in agente, & singula, in quibus actio est (*i. e. circumstantias morales*) *SCIENTE.*

III. *Divisio* Actio-
 nis hu-
 manae
 externae
 in mere

1. *Definitio:* Actio invita est, cum quis aliquid agit *IN SCIU S,* vel saltem *NOLENS.*

per Ignorantiam: cujus causa (*sine qua non*) est ignorantia invincibilis, ita ut, cognito postea quod ignoratum erat, actionem sequatur dolor seu poenitentia: e. g. *si quis venator hominem inter frutices latitantem interficiat pro fera, non facturus, si scivisset, esse hominem, & ideo errore suo agnito dolens.*

* *Pro definitionis meliori expositione notetur:*

1. *Ignorantia tum dicitur esse causa, quando tollit eam scientiam, qua posita voluntas non erat illam actionem imperatura. Unde PER ignorantiam, sive Ex ignorantia (tanquam ex causa) agere ille dicitur, qui id agit, quod non egisset, si scivisset. Huius res signum est, si agnitionem erroris sequatur poenitentia facti. Nam ubi non sequitur, ibi ignorantia non iudicatur causa, sed comes tantum fuisse illius actionis.*

2. *Ignorantia vincibilis (invincibilis) est, cum qui nescit ea, quae scire poterat ac debebat, (non poterat, nec debebat.) Potest autem ac debet unquam scire*

2. *Subdivisio in Invitam*

Invitam,
 cujus

ius suum, sive sit Jus } *Naturale, cordibus humanis a Deo inditum:*
} *Positivum ejus societatis, cujus ipse est membrum.*
 circumstantiarum moralium eas, quae absq; *crassa ignorantia* ignorari non possunt.

Juris } *universalium.*
} *etiam ignorantia particularium, item facti.*

per violentiam seu *coactionem,* cujus principium est extra (*voluntatem,*) ita, ut ille, qui agit aut patitur, nihil (*ex sua voluntate*) ad eam conferat: e. g. *cum quis manum tuam violententer in alium torquet: item, cum venti impetu aliquo abriperis.*

Circa
 spontaneum &
 invitum
 notetur

IV. *Gradus Intermedii.* Ignorantiam, *Non-spontaneum,* h. e. quod nec mere spontaneum nec mere invitum per ignorantiam est: ut cum ignorantia non *causa* est actionis, sed *comes* tantum, ita, ut erroris cognitionem non sequatur dolor. *Exemplo sit ille, qui lapide, quo corvum praetervolantem petebat, aberrante, & in novercam recidente: ne sic quidem male, inquit.*

violentiam, Actio mixta, h. e. quae nec mere spontanea, nec mere violenta est, cum metu vel praesumptione majoris mali minus malum aliquis eligit. *Exemplo sint mercatores, in periculo naufragii mercium jacturam facientes.*

* 1. *Actio mixta magis est spontanea, quam invita: melius enim in eam spontanea, quam invita definit, quadrat.*

2. *Voluntas, quae ad actionem mixtam concurrat, dicitur esse non-plena, quia cum dolore fertur in rem aliquam malam & aversabilem, quaeque extra illas circumstantias non eligeretur.*

1. *Actionem spontaneam maxime facit actus voluntatis. Nam scientia est tantum causa sine qua non.*

2. *Itaque invitum per violentiam minime est spontaneum.*

3. *Et invitum per ignorantiam ideo non est spontaneum, quia voluntas non concurrat ad ultimam specificationem actus.*

4. *E diverso actio mixta magis est spontanea, quia concurrat.*

5. *Ignorantia vero vincibilis & affectata actum ideo non reddit simpliciter invitum, quia voluntas ad eum concurrat, saltem mediate.*

6. *Et actio illa, cujus comes tantum est ignorantia, ex eo habet gradum spontaneae, quia ad eam concurrat volendi si non actus, saltem habitus.*

7. *Actiones morales, quo magis (minus) sunt spontaneae, eo magis (minus) sunt morales, eoque magis (minus) merentur, si bonae sunt, laudem & praemium; si malae, vituperium & poenam.*

V. *Theoremata:*

De Principiis Actionum Humanarum notetur

universum

sigillatim, quod attinet ad

I. CONSCIENTIAM.	II. VOLUNTATEM.	III. CONSULTATIONEM.	IV. ELECTIONEM.	I. Quis h. l. sit sensus questionis: Quot sint principia Actionum humanarum? Resp. nihil aliud querit hac questio, quam: Quot sint actiones animæ rationalis internæ, è quibus, tanquam principiis propinquis, fluant Actiones spontaneæ externæ? Repete Tab. X. lin. 40.	15								
				II. Numerus Principiorum. Ea sunt quatuor: <ul style="list-style-type: none"> Duo circa finem: <ul style="list-style-type: none"> in Intellectu CONSCIENTIA: in Voluntate VOLUNTAS strictè dicta. Duo circa media: <ul style="list-style-type: none"> in Intellectu CONSULTATIO: in Voluntate ELECTIO. 		25							
				1. Homonymia. Conscientia est vel rei <ul style="list-style-type: none"> facile. Quo sensu distinguitur objectivè in bonam & malam. facienda, & ita sumitur h. l. 			30						
				2. Definitio. Conscientia h. l. est actus intellectus Practici circa finem ipsum, talis scil. quo judicatur ab intellectu, an actio sit honesta, an turpis, an indifferens?				35					
				3. Divisio ratione formæ in <ul style="list-style-type: none"> Rectam, quæ rectè judicat, ob intellectus rectitudinem. * Rectè judicare honestam est actionem turpem indifferentem } judicare } honestam; turpem; indifferentem. Errantem, quæ non rectè judicat ob intellectus deceptionem, aut depravationem. 					40				
				* Non rectè sed perperam judicare est actionem <ul style="list-style-type: none"> honestam } judicare } turpem vel indifferentem; turpem } honestam vel indifferentem; indifferentem } honestam vel turpem. 						45			
				1. Homonymia. <ul style="list-style-type: none"> potentiâ volendi: & sic suprâ Tab. IV. circa finem & media, & sic dividitur <ul style="list-style-type: none"> 1. in plenam quæ locum merè spontaneis. non plenam } habet in } mixtis. } actionibus } 2. in efficacem, quæ non tantùm vult finem, sed & media. inefficacem, seu complacentia (solius,) quæ vult quidem finem, sed non media. 							50		
				2. Synonymum. Vocatur etiam Volitio.								55	
				3. Definitio. Voluntas h. l. est actus voluntatis (id est potentiâ volendi,) circa finem ipsum.									60
				1. Synonymum. Vocatur etiam Deliberatio.									
2. Definitio. Consultatio est actus intellectus practici circa media, i. e. inquisitio mediõrum ad finem conducentium, & eorum dijudicatio.	70												
3. Objectum, Media.		75											
* 1. Ad Media, ut sub consultationem cadant, præterea requiritur, ut sint vel videantur <ul style="list-style-type: none"> 1. Possibilia homini. & quidem illi ipsi, qui delibet, vel in cujus gratiam deliberatur. 2. Multa, ad minimum duo. Nam ut ex uno nulla datur electio, sed ex multis: ita nec de uno datur consultatio, sed de multis. 			80										
2. Defectus prima conditionis non deliberatur de <ul style="list-style-type: none"> præteritis. futuris necessariis. contingentibus casualibus vel fortuitis. is, quæ sunt extrâ potestatem deliberantis, &c. 				85									
1. Definitio. Electio h. l. est actus voluntatis circa media, per quem scilicet voluntas è multis mediis ab intellectu dijudicatis pro arbitrio certum aliquod, se positis cæteris, eligit.					90								
2. Objectum, quod idem est cum objecto Consultationis.						95							

† Aristoteles lib. III. Nicom. de spontaneo, ELECTIONE, consultatione, voluntate, & libero arbitrio eum in finem egit, ut declararet genus virtutis moralis, dum dicitur habitus ELECTIVUS. Perperam creditum est vulgo, voluisse eum nobis principia actionum humanarum per ista capita annumerare: cum ipse nullibi sollicitus sit de alio principio, quam quod est proximum, actus appetitus sive sensitivi sive rationalis. Interim istâ presumptione factum est, ut alii, cum de principiis actionum queritur, quinq; ista, quæ lib. III. Nicom. exponi diximus, nominarent omnia, alii tria tantum ex illis, pleriq; quatuor. Hi optime, nisi quod spontaneam differentiam potius est actionum, quam principium. Itaq; in ejus locum substitimus conscientiam, ut quomocunq; recepta doctrina condescenderemus. Inveniarum actionum principia intelligi possunt è Tabula precedente.

I. Effert

De Divisione Virtutis Moralis.

I. Effendi, ut Genus in species. Quæ secundum Aristotelem sunt undecim, & specificationem capiunt, aliz ab objecto præcipue

{ Interno seu Af- fectu circa	{ Malû, qui est Timor læsionis corporeæ, hinc FORTITUDO. 1. { Bonû, qui est Cupiditas	{ voluptatis corporeæ, hinc TEMPERANTIA. 2. { opum { modicarum, hinc LIBERALITAS. 3. { magnarû, hinc MAGNIFICENTIA. 4. { honoris { modici, hinc MODESTIA. 5. { magni, hinc MAGNANIMITAS. 6. { vindictæ, seu ira, hinc MANSVETUDO. 7.	{ univer- sim Tab. seq. 10 { de his } sigillatim Tab. XV, & deinceps.			
				{ Medio, quod est sermo in conversatione communi. Unde sunt virtutes homileticæ dirigentes sermonem circa	{ verum de se ipso dicendum, hinc VERITAS. 8. { iucundum in { seriis, hinc COMITAS. 9. { j. tis, hinc URBANITAS. 10.	}
				{ Externo, quod sunt bona vel mala externa, quatenus sub distributionem aut commutationem cadunt, hinc particularis JUSTITIA. 11.	}	

Virtus Mo-
ralis dividi-
tur vel se-
cundum
modos

- * 1. Aristoteles Fortitudinem & Temperantiam primo, Justitiam extremo loco posuisse ideo videtur, quia hunc ordinem his virtutibus tribuebant etiam veteres ante ipsum, cum virtutes cardinales digererent. Vid. Tab. XXIV.
2. Inde factum, ut Justitia anteponeretur etiam virtutes homileticæ, tametsi gradum 2^o dignitatis alias obtineant a deo exitem, ut in eis nec Heroica virtus quæri debeat, nec Semivirtutem indagare voluerit Aristoteles. Vid. Tab. XXVII.
3. Interim a veteribus in eorum usum secessionem Aristoteles fecit, quod differentias virtutum moralium particularium specificas quaesivit in Objectis, non generalissimis duobus, aff. t. circa malum & bonum, seu ut illi nominabant interdum, voluptate & dolore, (vid. Tab. XXX.) sed satis specialibus.
4. Itaque Fortitudinem & Temperantiam retraxit ad illos affectus, qui homini maxime sunt communis, cum unice versentur circa ea per se natura est.
5. In hac via agnovit etiam, præter Justitiam universalem, cui soli Plato hoc nomen dedisse videtur, dari debere particularem.
6. Nec putandum est tamen, omnes istas species esse specialissimas. Potest enim Temperantia coræ & Justitia in novas species diduci.
7. In Liberalitate autem & Magnificentia, in Modestia item & Magnanimitate ad discrimen specificum non sufficit ratio magni & parvi modo accepta, sed addende sunt rationes ceteræ Tab. XVIII. & XX. à nobis ponenda.

II. Concipiendæ. Concipitur enim velut seipsum, & sic retinet nomen VIRTUTIS, perficit hominem in ordine ad alios homines, & sic vocatur JUSTITIA, & evident ubi universalis, de qua Tab. XXIV.

III. Existendæ, in gradûs, qui sunt Semivirtus: Virtus communis: Virtus Heroica: } De quibus Tab. XXVII.

† Rectissime observavit Sirigelius, Aristotelem virtutum enumerationem sumisse ab his tribus, qua sunt: AFFECTUS, RES, SERMO.

* Habes

TAB. XVI.

De Temperantia.

I. *Homonymia.* Temperantia accipitur } *late* pro Temperantiâ Cardinali.
 } *strictè* pro Temperantiâ circa voluptates corporis, &
 ita h. l.

II. *Definitio.* Temperantia est virtus servans mediocritatem circa voluptates, quæ gustu & tactu (venereo) percipiuntur. 5

* Tactus hic gustui contradistinguitur. Potest tamen sic etiam extendi, ut gustum comprehendat. Quo pacto per unitatem objecti habetur unitas virtutis.

Externum	ex parte	{	gustus, Res gustabiles	{	Cibus.	10
			tactus, Persona alterius sexus.	{	Potus.	
Internum, cupiditas voluptatum, quæ homini competunt ut animali, id est, voluptatum	{	}	non animi, sed corporis.	{	non visus, auditus, odoratus, (nisi ex obliquo) sed gustus & tactus: nam hæc καὶ ἐξοχήν vocantur voluptates corporis. Vid. Tab. XXX.	15
			tactus verò non cuiuslibet, sed Venerei.			

TEMPE-
RANTIÆ
notetur

III. *Objec-
tum*

* 1. Cupiditas hæc gustus & tactus, quatenus est à natura animali, (e. g. cum esuriens cibum appetit simpliciter sine fastidio delicato,) est affectus indifferens, vocaturq; cupiditas communis & naturalis.

2. Præter hanc datur etiam cupiditas propria & voluntaria, (cum e. g. esuriens fastidiis aliis cibis, à quibus tamen natura ejus non abhorret, certum aliquem, aut certas condiciones habentem morosè appetit.) Talis cupiditas non jam indifferens, sed ad malitiam determinata est.

3. Voluptati corporis opponitur dolor privativus, qui nascitur ex negatione ejus jucundi, quod hujus virtutis objectum externum est. 25

Medium, actus { fruendi } illo objecto externo.
 { abstinendi }

IV. *Species.* Temperantia circa { gustum { cibi, Abstinencia. } 30
 { potus, Sobrietas.
 { tactum, Castitas.

excessu, In- temperan- tia, circa	{	}	gustum { cibi, quoad cupiditates	{	naturales, Edacitas seu voracitas, γαστριμαργία.	35
					voluntarias, ἐπιφοργία Aristoteli III. Eudem. 2.	
			{ potus, Bibacitas, seu Ebriositas, οἶνοφλυγία.			1
			{ tactum, Salacitas, λαγνεία.			

V. *Extra-
ma in*

* Vicia circa rem veneream præternaturalia referenda sunt ad Feritatem, seu Bestialitatem.

defectu, Stupiditas seu vacuitas sensus. Hoc vitium vulgò est ἀνώουμον. 40

VI. *Me-
diocritas*

1. Temperantia vicinior est defectui, quàm excessui. Quia è contrario, qui circa voluptates corporis φίλαυτος est, magis hic excedit, quàm deficit.

2. Temperantia cupiditates { naturales, quia indifferentes sunt, ad modum revocat. } 45
 { voluntarias, quia malæ sunt, planè exstinguit.

- I. *Homonymia*. Fortitudo accipitur } late, ut dividi possit in Togatam & Bellicam. Et sic
Ethici recentiores ferè:
} *strictè* pro solâ Fortitudine *Bellicâ*. Et sic Aristoteles,
& nos cum eo.
- II. *Definitio*. Fortitudo est virtus servans mediocritatem circa metum (*proprie sic dictum*), & fiduciam (*tali metui oppositam*), magis tamen circa metum.
- III. *Obiectum*
- | | | | |
|-------|---------------------------------------|---------------------|-----------|
| } Res | } formidabiles seu metum moventes, ut | } pericula bellica. | } hostes. |
| | | | |
- * 1. Formidabilia hic intelliguntur ea, que
- | | | | | |
|------------------------------------------------|------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------|------|
| } 1. metuuntur ab homine, quatenus est animal. | } ut | } 1. Possint corpori inferre dolorem positivum, qui se primo nascitur ex applicatione rei ladentis corpus. Talis dolor est ex vulnere, contusione, &c. | } Ad hoc autem requiritur, | } 10 |
| | | | | |
2. Hinc patet
- | | |
|---------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|
| } 1. Mortem esse terribilium huiusmodi terribilissimum. | } 2. Mortem bellicam præcipuum esse obiectum Fortitudinis. |
|---------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|
- Fortitudinis notetur
- | | | |
|------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------|
| } Internum | } primarium Metus proprie dictus, id est, averlatio ejus doloris, qui homini competit ut animali, & directè ejus vitam petit. | } 20 |
| | | |
- | | | | | | | | |
|-----------------|-----------|-------------------------------------|----------------|---------------|--------------------|------|-------------|
| } Medium. Actus | } audendi | } i. e. hostem aut Pericula bellica | } aggrèdiendi. | } sustinendi. | } non aggrèdiendi. | } 25 | } fugiendi. |
| | | | | | | | |
- * Fortitudo, quatenus exercet officium sustinendi, Patientia vocatur.
- IV. *Divisio analogica* in
- | | | | | | | | | | | | | |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------|---------------------------|-----------|---------------------|---------------------------|------------------------|------------------|---------|---------|---------|---------|
| } Veram, cujus primum & validissimum movens (sicut cujuslibet virtutis vera) est honestas. | } Apparentem, cujus primum & validissimum movens (sicut cujuslibet virtutis apparentis) non est honestas, sed quid aliud: puta hic vel | } 1. cupiditas gloriæ, aut infamie metus, | } 2. experientia bellica, | } 3. ira, | } 4. spes victoria, | } 5. ignorantia periculi, | } Et vocatur Fortitudo | } civilis. 1. 30 | } 2. 31 | } 3. 32 | } 4. 33 | } 5. 34 |
| | | | | | | | | | | | | |
- V. *Extrema* in
- | | | |
|---------------------|-----------------------|----------------------------------------------|
| } excessu, Audacia, | } defectu, Timiditas, | } quæ in audendo modum excedit, dum deserit. |
|---------------------|-----------------------|----------------------------------------------|
- VI. *Mediocritas*. Fortitudo vicinior est excessui, quam defectui. Quia è contrario, qui circa vivendi cupiditatem Philæus est, is magis est timidus, quam audax.
- VII. *Cognatum*. Fortitudo Togata, & quælibet Fortitudo in periculis extra bellum.

† Plerique Fortitudinem togatam speciem potius, quam cognatum faciunt Fortitudinis Aristotelicæ.

- I. *Homonymia.* Temperantia accipitur } late pro Temperantiâ Cardinali.
 } stricte pro Temperantiâ circa voluptates corporis, &
 ita h. l.
- II. *Definitio.* Temperantia est virtus servans mediocritatem circa voluptates, quæ gustu & tactu (venereo) percipiuntur. 5

* Tactus hic gustui contradistinguitur. Potest tamen sic etiam extendi, ut gustum comprehendat. Quo pacto per unitatem objecti habetur unitas virtutis.

Externum } gustus, Res gustabiles } Cibus. 10
 } tactus, Persona alterius sexus. } Potus.
 Internum, cupiditas volu- } non animi, sed corporis.
 pratum, quæ homini } non visus, auditus, odoratus, (nisi ex obliquo) sed gu-
 competunt ut animali, id } stus & tactus: nam hæ κατ' ἐξοχήν vocantur vo- 15
 est, voluptatum } luptates corporis. Vid. Tab. XXX.
 } tactus verò non cujuslibet, sed Venerei.

TEMPE-
RANTIÆ
notetur

III. *Objec-
tum*

- * 1. Cupiditas hæc gustus & tactus, quatenus est à natura animalis, (e. g. cum esuriens cibum appetit simpliciter sine fastidio delicato,) est affectus indifferens, vocaturq; cupiditas communis & naturalis.
2. Præter hanc datur etiam cupiditas propria & voluntaria, (cum e. g. esuriens fastidit aliis cibis, à quibus tamen natura ejus non abhorret, certum aliquem, aut certas condiciones habentem morose appetit.) Talis cupiditas non jam indifferens, sed ad malitiam determinata est.
3. Voluptati corporis opponitur dolor privativus, qui nascitur ex negatione ejus jucundi, quod hujus virtutis objectum externum est. 25

Medium, actus } fruendi } illo objecto externo.
 } abstinendi }

IV. *Species.* Temperantia circa } gustum } cibi, Abstinencia. 30
 } potus, Sobrietas.
 } tactum, Castitas.

excessu, In- } gustum } cibi, quoad cupiditates } naturales, Edacitas seu voracitas, 35
 temperan- } } potus, Bibacitas, seu Ebriositas, οἶνοφλυγία.
 tia, circa } } tactum, Salacitas, λαγνεΐα.
 } } } voluntarias, ὀψοφαγία Aristote-
 } } } li III. Eudem. 2.

V. *Extrema in*

* Vitia circa rem veneream præternaturalia referenda sunt ad Feritatem, seu Bestialitatem.

defectu, Stupiditas seu vaquitas sensus. Hoc vitium vulgò est ἀνώουμον. 40

VI. *Me-
diocritas*

1. Temperantia vicinior est defectui, quàm excessui. Quia è contrario, qui circa voluptates corporis Φιλαυσιᾶ est, magis hic excedit, quàm deficit.
2. Temperantia cupiditates } naturales, quia indifferentes sunt, ad modum, 45
 } revocat.
 } voluntarias, quia malæ sunt, planè exstinguit.

TAB. XVII.

De Liberalitate.

- I. *Homonymia*. Liberalitas $\left\{ \begin{array}{l} \text{late, ut Magnificentiam includat.} \\ \text{in Ethicis sumitur} \end{array} \right. \left. \begin{array}{l} \text{strictè, ut Magnificentiz contra distinguatur. Et ita h. l.} \\ \text{II. Definitio. Liberalitas est virtus mediocritatem servans circa pecunias modicas dandas \& accipiendas: magis tamen circa dandas.} \end{array} \right.$
- III. *Objectum* $\left\{ \begin{array}{l} \text{Externum, pecuniaz seu opes modicæ, τὰ χρηματὰ μετρίᾳ καὶ μικρῶ.} \\ \text{* τῶν χρημάτων nomine h. l. non tantum comprehenduntur nummi, sed etiam alia bona fortuna, quæ nummis æstimari solent.} \\ \text{Internum, cupiditas pecuniaz parvæ seu mediocris.} \\ \text{Medium } \left\{ \begin{array}{l} \text{primarium } \left\{ \begin{array}{l} \text{actus pecuniam } \left\{ \begin{array}{l} \text{sumptus faciendo,} \\ \text{dandi } \left\{ \begin{array}{l} \text{gratis donando.} \\ \text{accipiendi.} \end{array} \right. \end{array} \right. \end{array} \right. \\ \text{secundarium } \left\{ \begin{array}{l} \text{modicam} \end{array} \right. \end{array} \right. \end{array} \right.$
- Liberalitatis notetur $\left\{ \begin{array}{l} \text{* Objectum medium etiam queri potest in actibus contradictoriis } \left\{ \begin{array}{l} \text{dandi.} \\ \text{non dandi.} \end{array} \right. \end{array} \right.$
- IV. *Extrema* in $\left\{ \begin{array}{l} \text{excessu, Prodigalitas.} \\ \text{defectu, Illiberalitas seu Avaritia.} \end{array} \right.$
- V. *Mediocritas*. Liberalitas vicinior est excessui quàm defectui. Quia è contrario, qui circa pecuniam modicam φιλαυτῶ est, magis in dando deficit, quàm excedit.
- VI. *Cognatum* ratione Objecti $\left\{ \begin{array}{l} \text{medii, quod est dare, Officiositas, cujus species Hospitalitas;} \\ \text{De quibus in tractatu de Amicitia cognoscitur.} \\ \text{externi, quod est pecunia, Justitia particularis, de qua suo ad loco.} \end{array} \right.$

TAB. XIX.

De Magnificentia.

- I. *Definitio*. Magnificentia est virtus mediocritatem servans in sumptibus magnis.
- II. *Objectum* $\left\{ \begin{array}{l} \text{Externum, sumptus magni, conferendi in opera vel actus ipsi Reip. utiles aut honorificos: e. g. an extruções templorum, arcium, fundaciones scholarum, ludos publicos, convivua nuptialia, pompas funebres, \& similia.} \\ \text{Internum, cupiditas pecuniaz, in sumptus hujusmodi magnos conferendæ.} \\ \text{Medium, actus sumptus magnos } \left\{ \begin{array}{l} \text{faciendi.} \\ \text{non faciendi.} \end{array} \right. \end{array} \right.$
- Magnificentie notentur $\left\{ \begin{array}{l} \text{III. Discrimen à liberalitate: ex parte} \\ \text{Objecti } \left\{ \begin{array}{l} \text{1. Liberalitas cernitur in pecuniis modicis, Magnificentia in magnis.} \\ \text{2. Liberalitas versatur in donis gratuitis erga privatos, Magnificentia in sumptibus erga Reip.} \\ \text{Subjecti. Liberalitas cadit in utrunq, divitem, etiam plebejum; Magnificentia non nisi in valde opulentum, \& alicujus inter cives dignationis hominem.} \end{array} \right. \end{array} \right.$
- IV. *Extrema*, in $\left\{ \begin{array}{l} \text{excessu, Luxus.} \\ \text{defectu, Sordiditas.} \end{array} \right.$
- V. *Mediocritas*. Magnificentia vicinior est excessui, quàm defectui. Causa è doctrinâ Liberalitatis faciliè intelligitur.

TAB. XIX.

De Modestia.

Modestiae notetur	I. Definitio.	Modestia est virtus mediocritatem servans circa honores modicos,	
		II. Objectum	Externum, Honor modicus, i. e. parvus seu mediocris.
			Internum, Cupiditas honoris modici.
			Medium, Actus honorem modicum } ambiendi, petendi, accipiendi, sustinendi. non ambiendi, recusandi, spernendi.
III. Extrema in	defectu,	ambitio.	
		Inambitiositas, i. e. nimia modici honoris neglectio.	
IV. Mediocritas	1. Modestia vicinior est defectui, quam excessui. Quia è contratio qui circa honorem modicum est <i>Φίλαυσις</i> , magis eum ambire, quam negligere solet.		
		2. Honor à viro bono appetitur non ut finis ultimus, sed ut medium seu instrumentum ad actus virtutis in civili societate melius exercendos.	

TAB. XX.

De Magnanimitate.

Magnanimitatis notetur	I. Definitio.	Magnanimitas est virtus mediocritatem servans circa honores magnos.		
		II. Objectum.	Externum } <i>primarium</i> , honores magni, i. e. ii, qui in Rep. summi sunt, aut summis proximi. <i>secundarium</i> , cetera bona externa, quatenus ea magnis illis honoribus subordinantur.	
			* <i>Honorem inter bona externa quae quidem superiori possint ab inferiore tribui, principem tenere locum, inde probaveris, quia ab homine majus aliquid honore ne Deo quidem pro beneficiis reddi potest.</i>	
			Internum, Cupiditas honoris magni.	
		III. Discrimen à modestiâ, ex parte	Medium	<i>proximum</i> , actus honorem magnum } ambiendi, accipiendi, gerendi, denegatum spernendi.
<i>remotum</i> , actus aliarum virtutum, prout in iis summus in Rep. vir ita gerere se potest, ut auctoritatem suam atque existimationem tueatur.				
IV. Extrema in	defectu,	excessu, <i>inflatio</i> , seu <i>superbia</i> .		
		defectu, <i>pusillanimitas</i> .		
V. Mediocritas.	1. Modestia cernitur in honoribus <i>parvis</i> ; Magnanimitas in <i>magnis</i> .	Magnanimitas in <i>ceteris etiam externis</i> occupatur <i>bonis</i> .		
				2. Modestia in <i>solis honoribus</i> ; Magnanimitas in <i>ceteris etiam externis</i> occupatur <i>bonis</i> .
VI. Subjecti	Subjecti:	Modestia cadit in hominem <i>utcumq; virtutibus praeditum</i> ; Magnanimitas non nisi in <i>praeditum virtutibus multis & magnis</i> , atque omnino talem, qui ob merita in Remp. magnis esse honoribus dignus videatur.		
		Magnanimitas vicinior est defectui, quam excessui. <i>Causa è doctrinâ modestiae facile intelligitur.</i>		
* <i>Sic exponenda est Magnanimitas, ne cum Christianâ humilitate pugnet.</i>				

TAB. XXI.

De Mansuetudine.

Mansuetudinis notetur	I. Definitio.	Mansuetudo est virtus mediocritatem servans circa iram.	
		II. Objectum.	Externum, ea quae iram } <i>Res</i> , injuriæ, ut damnum, contumelia, contemptus. movent } <i>Persona</i> , injuriâ afficientes.
			Internum, Ira, quæ est cupiditas vindictæ, seu, ut habet Aristoteles l. de An. I. <i>ἀντιλυπῆσεως</i> , doloris reponendi.
			Medium, Actus vindictam } exercendi. non exercendi.
III. Extrema: in	defectu,	excessu, <i>Iracundia</i> , cujus tres ab Aristotele species numerantur: {	
		1. <i>Excandescencia, ἀνερχολία</i> , citò irascens, citò placabilis.	
IV. Mediocritas.	defectu,	2. <i>Acerbitas, πικρότης</i> , tardè, sed graviter irascens, placabilis tamen.	
		3. <i>Atrocitas, seu sevitia, χαλεπότης</i> , gravissimè irascens, nec nisi per atrocem vindictam placabilis.	
Magnanimitas vicinior est defectui, quam excessui. Quia è contratio <i>Φίλαυσις</i> & illatas sibi injurias vindicare magis, quam condonare solent.			

Virtu-

Virtutum Homileticarum notentur

I. Etymologia. Vocantur Homileticæ, quia locum habent ἐν τῇ ὁμιλίᾳ, h. e. in colloquiis aut conversatione communi.

* τὸν ὁμιλητικῶν δὲ λέγων vocabulum non est ab Aristotele, sed ab Interpretibus.

- 1. *Synonymum.* Vocatur & *Veracitas.*
- 2. *Homonymia.* Veritas Ethica sumitur
 - confuse pro veritate Homiletica & Justitiam simul: & sic ferè hoc loco à recentioribus.
 - distincte, pro Justitiam, de qua Tab. seq. *Homileticâ*, & ita h. l. à nobis.

* Veritatem Justitiam (sic appellare liceat) ab homileticâ clarissime distinguit Aristot. IV. Nicom. 7. his verbis: ἡ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐν ταῖς ὁμιλίαις λογικῆς ἀληθείας ἡ λογικὴ γὰρ ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συνηεῖ. ἀλλὰ ἡ γὰρ ἐν ταῖς δὲ λέγει. Ut mirum sit, quomodo confundere potuerint, hunc textum legentes. A quibus tamen rectissime secessionem fecit hodie Celeberrimus Joh. a Felden, & homileticam veritatem intra terminos ab Aristotele positos se continere iussit. Neq. aliter potest refutari cavillum Grotii, carpentis Philosophum, quod veritati deederit opposita minimè ex æquo respondentia.

I. VERITAS. Cujus

- 3. *Definitio.* Veritas h. l. est virtus servans mediocritatem circa dicendam de se in conversatione communi veritatem.
 - Externum, Personæ in conversatione communi nobis oblata, quatenus inde de nobis loquendi occasionem nanciscimur.
 - Internum, cupiditas de se loquendi.
 - Medium, actus de se aliquid fatendi. non fatendi.
- 4. *Objectum*
 - excessu *Fantasia* qua quis sibi ea bona esse tribuit, quæ non habet, aut majora quàm habet.
 - defectu *dissimulatio* esse habet, aut minorâ
- 5. *Extrema in*
 - excessu *Fantasia* qua quis sibi ea bona esse tribuit, quæ non habet, aut majora quàm habet.
 - defectu *dissimulatio* esse habet, aut minorâ
- 6. *Mediocritas.* Veritas vicinior est defectui, quàm excessui, quia è contrario *Φιλῶσι* magis solent esse jactatores suorum bonorum, quàm dissimulatores.

II. Species tres,

II. COMITAS. Cujus

- 1. *Synonyma.* Vocatur etiam *Humanitas, Affabilitas.*
- 2. *Definitio.* Comitatus est virtus, servans mediocritatem circa placendum aliis in conversatione seriâ.
- 3. *Objectum*
 - Externum, personæ nobis in conversatione seriâ oblata, quatenus illis sermone aut gestu placere possumus.
 - Internum, cupiditas aut torpor, aliis in eâ conversatione placendi.
 - Medium, actus loquendi non loquendi aliis placentiâ.
- 4. *Extrema in*
 - excessu, *Adulatio.*
 - defectu, *Morositas.*
- 5. *Mediocritas.* Comitatus vicinior est excessui, quàm defectui, quia à contrario *ἔτις Φιλῶντες* magis adhæret morositas, quàm assentatio.

III. URBANITAS. Cujus

- 1. *Definitio.* Urbanitas est virtus mediocritatem servans in jocando.
 - Externum, personæ nobis in conversatione jocosâ oblata.
 - Internum, cupiditas jocandi.
 - Medium, actus jocandi. joco abstinendi.
- 2. *Objectum*
 - excessu *Scurrilitas.*
 - defectu *Rusticitas*, quæ nec joculari, nec jocos aliorum honestos placidè excipere potest.
- 3. *Extrema in*
 - excessu *Scurrilitas.*
 - defectu *Rusticitas*, quæ nec joculari, nec jocos aliorum honestos placidè excipere potest.
- 4. *Mediocritas.* Urbanitas vicinior est excessui, quàm defectui. Quia è contrario *Φιλῶντες* in joci deficiunt potius quàm excedunt.

JUSTITIÆ notentur

I. *Homonymia*. Sumitur } *totaliter* pro Justitiâ *universali*: de quâ Tab. seq.
 vox Justitiæ } *particulariter*, pro Justitiâ *particulari*: & ita h. l.
 * *Totidem modis usurpatur & vox Injustitia.*

II. *Definitio*: Justitia particularis est virtus mediocritatem servans in bonorum externorum distribu-
 tione aut commutatione jure stricto debitâ. 5

III. *Objec-
 tum* } *Externum* } *Reale*, bona vel mala externa (lucrum vel damnum,) quatenus cadunt sub di-
 } *Personale*, Personæ, quatenus inter eas locum habet distributio vel commutatio.
 } *Internum*, Affectûs variû in res vel personas, qui si immoderati sint, impellere solent homi-
 nes ad faciendam aliis injuriam.

} *Medium*, Actûs in illâ distributione vel commutatione assignandi } multum,
 } } parum.

I. *Nomina*: } *Distributiva*, } quæ ab Aristotele } *Διανεμητική*, } à Grotio } *attributrix*.
 } *Commutativa*, } vocatur } *διορθωτική*, } } *expletrix*. 15
 * 1. Ut commutativa in græcè *ὀρθωτική* (quæ tamen vox ab Aristotele non est:) sic *διο-*
τική latine emendativam, vel correctricem.
 2. Grotius, tamen eundem cum Aristotele species Justitiæ exponere sibi videtur: tamen, ut in iis defi-
 niendis ab Aristotele perperam intellecto præter rationem discedit: ita ne in ipsorum quidem
 definitio- rum conceptibus cum eo per omnia consentire videtur. 20

(1) } Justitia *Distributiva* officium suum facit distribuendo in singulos, quod erat
 } universorum, sive sit lucrum (v.g. honores, præda,) sive damnum,
 } (v.g. onera.)
 } Justitia *commutativa* officium suum facit singulorum } voluntarias dirigen-
 } (vel certè ita consideratorum) cum singulis } do: 25
 } commutationes } } *invitas corrigendo.*

Unde subdividitur in Justitiam } *directivam*, seu commutativam strictè di-
 } } ctam:
 } *correctivam*, seu emendativam.

* 1. *Commutatio* vocatur etiam *contractus*. Estque duplex è mente Aristotelis:
 } *Voluntarius*, qui utriusque talis est: e.g. *emptio & venditio: locatio & conductio.* 30
 } *Invitus*, qui fit altera parte, qua scilicet injuriam patitur, invitâ ac nolente: sive
 } fiat } clam: e.g. *furtum, beneficium, falsum testimonium.*
 } palam & per vim manifestam: e.g. *latrocinium, verberatio, convicium.*

2. *Contractus* invitatus promittit intelligitur, est injuria, seu actus injustus: Et quoniam in-
 } juria fieri alteri potest etiam mentiendo (ut per falsum testimonium,) patet, ad 35
 } hunc locum pertinere doctrinam de mendacio, ut *vicant*, perniciolo, & *oppositâ*
 } ipsi veritate Justitiâ.

3. In hujusmodi *contractibus* invitatus, sicuti ad eum, qui patitur injuriam, damnum per venit,
 } v.g. circa *opes, valetudinem, bonam famam, aut aliud bonum externum*: sic inju-
 } riam faciens lucrum aliquod involare censetur, dum se quasi dominum constituit 40
 } boni alieni, illud sive usurpando ut suum, sive corrupendo.

4. Et quoniam faciens injuriam ipse jure obligatur ad faciendum alteri damnum, seu re-
 } stituendum illi rem suam, aut ejus æquivalentem: ideo emendativa Justitia opus hic
 } suum facit inæqualitatem illam reducendo ad æqualitatem & justitiam.

5. Talis *reductio*, sive exæquatio aut pensatio non debet confundi cum irrogatione pœnæ 45
 } propriè dictæ, qua consistit in infligendo dolore, cujus metu restringatur in ho-
 } minibus libido peccandi.

(2) Ju- } *Distributiva* } observat pro- } *Geometricam* } & ex- } rem personæ,
 } *Commutativa* } portionem } *Arithmeticam* } quat } rem rei.

* 1. *Proportio* } *Geometrica* fit multiplicando & dividendo, } & usurpat *particularis* } quoties, toties: 50
 } *Arithmetica* fit subtrahendo & addendo, } } quantum, tantum.

2. In *commutativa* Justitiâ distinguenda est exæquatio ipsa à præviâ æstimatione rerum vel actionum.
 } In illâ observatur proportio, ut diximus, *Arithmetica*: Huic verò *Geometricam* inseruire (sive
 } persona personam, sive res rem aliquoties metiatur, seu contineat,) non negatur.

V. *Extremum unicum, Injustitiâ* } *forma*: Injustitia simul in excessu & defectu peccat. Ita e.g. qui de- 55
 } particularis, cujus } *fraudat alterum, is sibi plus sumit, alteri minus relinquit, ac par est.*
 } } *species* similiter duæ, nempe Injustitiâ } *Distributiva*.
 } } } *Commutativa*.

VI. *Mediocritas*. Sola inter morales virtutes Justitia posita est in mediocritate juxta sensum effectivum
 } tantum, non etiam *subjectivum*.

* *Johannes à Felden*, harum literarum vir callentissimus, tres facit secundum Aristotelem species justitiæ,
 } distributivam, correctivam, & retributivam, negatq; posteriores duas recte in unum genus Justitiæ
 } *commutativæ* conflari, cum *correctiva* proportionem sequatur *arithmeticam*, *retributivâ* verò non 60
 } minus atq; *distributivâ* *geometricam*. In hanc ejus observationem judicium hic mihi non sumo.
 } Placuit ergo interim retinere justitiæ receptam vulgò divisionem: sed eam tamen, maxime ad du-
 } stum pl. Rev. Durrii, sic elimatam, ut à *Feldenianis* rationibus minus atq; olim abhorreat.

I. *Descriptio.* Justitia universalis nihil aliud designat, quam virtutem moralem sumptam cum relatione hominis cujusque, tanquam partis in societate civili rectè se habentis ad ceteros cives, & ita, quantum in se est, ad Beatitudinem totius Reip. communem, honestè vivendo, contribuentis. *Seu:* concipere Justitiam universalem, est concipere virtutem moralem, quatenus ea hominem perficit in ordine ad alios homines. Repete Tab. XIII.

Justitia, quia jus, (sicut & injuria) versatur inter hominem & hominem. Ergo & virtus, quatenus hominem rectè disponit ad alios homines, justitia meretur vocari.

II. *Nomen.* Vocatur

Universalis, ut distinguatur à Justitià particulari. Non enim significat certam speciem aut partem virtutis morales, sed eam totam, seu universalem. Nam & jura, sive leges, præcipiunt de omnibus virtutibus moralibus, non de unâ tantùm, aut alterâ.

* *Hinc patet, in Justitiâ Universali comprehendi duos conceptus.* Concipitur enim
 1. ut Justitia, & sic implicat relationem hominis unius ad alios homines.
 2. ut Universalis, & sic implicat relationem totius sive universalis sive integralis (parum enim hoc referre dixerim) ad suas partes subjectivas vel integrales.

1. *Doctrina Aristotelis:* qui partes ejus (*subjectivas*) fecit undecim virtutes morales particulares hætenus enarratas.

2. *Doctrina veterum ante Aristotelem:* qui partes ejus (*integrales*) fecerunt tres reliquas virtutes (ut hodiè vocamus) cardinales. Dividebant enim virtutem secundùm partes animæ, ita

JUSTITIÆ
universalis
consideretur

III. *Divisio* in partes: ubi notanda

ut	{	λογιστικῆς, seu partis rationalis	} virtus esset	{	Prudentiâ.
		θυμοειδῆς, seu partis irascibilis			Fortitudo.
		ὀρεθυστικῆς, seu partis concupiscibilis			Temperantiâ.
		ᾠλης τῆς ψυχῆς, seu totius animæ			Justitiâ.

3. *Harum inter se doctrinarum collatio:* (quò pertinent & quædam ex Tab. XII.)
 (1.) Veteres numerum virtutum constituiebant à *subjectis*; Aristoteles ex *objectis*, iisque non generalibus, sed *specialibus*.
 (2.) Itaque & longè major huic, quàm illis, numerus surrexit virtutum.
 (3.) Et *Temperantiâ* certè vocabulo plura significaverunt veteres, quàm Aristoteles.
 (4.) Justitia universalis veteribus erat aliquod totum ex virtutibus *partim moralibus* (Temperantiâ & Fortitudine,) *partim intellectu-ali* (Prudentiâ;) Aristoteli non nisi ex *moralibus*.
 (5.) Veteres eidem divisioni includebant virtutem *universalem* (Justitiam) & *particulares*: Id Aristoteles neutiquam fecisse deprehenditur.
 (6.) Veteres rationem Justitiæ universalis quærebant *in relatione hominis ad seipsum*, vel totius animæ (disputabant enim, hominem esse solam animam,) ad suas partes: At Aristoteles eam quærit *in relatione hominis ad alios homines*.

IV. *Oppositum*, Injustitia universalis. Quâ voce nihil aliud designatur, quàm vitium morale in genere sumptum cum relatione hominis, tanquam partis in societate civili, inordinatè se habentis ad ceteros cives, & ita Beatitudinem Reip. turpiter vivendo, quantum in se est, turbantis & corruptentis.

V. *Principium dirigens actuale*, quod Jus seu Lex. Tab, seq.
 VI. *Conjugatum*, Justum, cum opposito Injusto. Tab. XXVI.

† *Discrimina quatuor virtutum Cardinalium Scholastici aliâ ratione exponunt, & ita quidem, ut in iis emergat Justitia particularis, quanquam & hic alii aliter. Sed nos veterum explicationem summo secuti, sine quâ vix est, ut Aristotelem his rectè intelligas.*

- I. *Homonymia*. Jus inter alia significat } *dictamen rectæ rationis*, & ita hoc loco.
} *actionem justam*, i. e. illi dictamini congruentem.
- II. *Synonymia*. Græcè τὸ δίκαιον, item ὁ νόμος, Lex.
- III. *Definitio*: Jus est dictamen rectæ rationis, homines in societate constitutos ad honesta faci-
enda, & turpia vitanda obligans. Lex Aristoteli est Oratio à Prudentiâ & Intelligen- }
tiâ profecta, vim habens cogendi.
- IV. *Divisio* } *Politicum* seu *Civile*, } quod locum habet (civili
in jus } *Oeconomicum* seu *Domesticum*, } inter Personas So- } domesticâ } copulatas,
cietate

* 1. *Hæc Divisio est Generis Analogi*. Nam Jus } *Politicum* } est tale } simpliciter. 10
} *Oeconomicum* } secundum quid.

Ratio, quia Societas } *civilis* } copulat homines } æquales, perfectos scilicet cum perfectis.
} *domestica* } inæquale, perfectum scilicet (h. e. patrem fami-
lias cum imperfectis (uxore, servo, puero, de quorum imperfectione quoad vim consilii & judi-
cii locus egregius habetur I. Polit. 8.) Quâ de causâ & paterfamilias in domo totius vim habet; 15
reliquæ familiares personæ partium instar obtinent. Sed quia tamen Materfamilias quam
proxime distat à perfectione Patriæfamilias, adeo ut in qualemcumque, cum eo participationem
veniat imperii domestici: ideo viro cum uxore plus juris, quam cum servo aut filio intercedit.
Perfectos autem homines Aristoteles sic circumloquitur V. Nic. 6. quod sunt sociævitæ ad suf-
ficientiam, liberi & æquales, sive proportionem sive numero. 20

2. *Ad Jus Politicum non illud modo spectat, quod Civis cum cive. sed & quod cum peregrino in-
tercedit. Interim negari non potest, majorem esse nobis cum civibus, quam cum peregrinis
communicationem Juris.*

Juris no-
tetur

- V. *Subdi-
visio Juris* } *Naturale*, quod ubique eandem vim habet, & non, quia ita videtur, vel non vide-
tur. Vocatur aliàs *Lex Natura*, e.g. Benè merenti gratiam refert; Ne- 25
minem læde.
- Politici in* } *Legitimum*, quod ab initio, hoc an illo modo fiat, nihil refert, at postquam consti-
tutum est, refert. Vocatur aliàs *Jus voluntarium*, seu *positivum*: *Lex po-
sitiva*. Qualis est, quæ ad valorem testamenti requirit præsentiam se-
ptem testium.

* 1. *De jure voluntario humano hic loquimur. Datur præterea & Jus voluntarium divinum. 30
Sed hoc, quia mera est revelationis, à foro Philosophico alienum censetur.*

2. *Differunt Jus Naturale & Legitimum multis modis. his verò præcipuè:*

- 1. *J. N. originem habet à Deo & Naturâ; J. L. à voluntate hominis. Itaque*
- 2. *Illius obligatio est per se interna & irremutabilis; hujus externa & mutabilis.*
- 3. *Illud innotescit nobis per naturales notitias; hæc per promulgationem. 35*
- 4. *Illud unum est per totum mundum; hoc tam variatum, quam ipsa Respublica.*
- 5. *Illud obligat omnes homines; hoc suos tantum ejusque Reip. Cives.*

3. *Non confundenda est Divisio Juris Civilis apud Aristotelem in Naturale & Legitimum, cum
Divisione Juris apud J. C. in Jus Natura, Gentium, & Civile; nec cum Divisione Grotii in
Naturale & Voluntarium. 40*

VI. *Cognatum,
Æquum, cu-
jus*

- 1. *Synonymia*, Græcè τὸ δίκαιον: ἢ ἀμετρία, *Æquitas*.
- 2. *Homonymia*. *Æquitas* interdum } significat idem quod Jus:
} distinguitur à Jure: & ita h. l.
- 3. *Definitio*: *Æquum* est correctio (i. e. *juri naturali consentanea exceptio*) juris
legitimi eâ parte, quâ ob universalitatem deficit. E. g. *Legi de septem te- 45*
*sibus adhibendis ad testamentum æquitas addit exceptionem, quod tempo-
re pestis etiam pauciores sufficiant.*
- 4. *Oppositum*, τὸ ἀνεπίδικαιον, cum literæ legis nimis rigidè inhæretur, neque
ulla exceptio in benigniorem partem admittitur. Cui affinis est *Συ-
νοψαφία, Calumnia*, cum litera legis violenter detorquetur in sensum à
mente legislatoris alienum.

VII. *Oppositum*, *Injuria*, τὸ ἀδίκαιον, quatenus sumitur hæc vox pro dictamine corruptæ rationis, ut
cum dico: *Summum Jus, summa injuria*.

Justum

usurpantur duobus modis, nempe vel

substantivè quasi, & genere neutro, & tunc $\left\{ \begin{array}{l} \text{Justum, τὸ δίκαιον} \\ \text{Injustum, τὸ ἀδίκιον} \end{array} \right\}$ idem est quod $\left\{ \begin{array}{l} \text{Jus, de quo Tab. præc.} \\ \text{Injuria, quatenus Juri} \\ \text{opponitur.} \end{array} \right.$

adjektivè, ad denotandam qualitatem

Actionis, quæ vocatur $\left\{ \begin{array}{l} \text{Justa, δικαιοπραγῆμα;} \\ \text{Injusta, ἀδίκημα.} \end{array} \right\}$ cum Juri est $\left\{ \begin{array}{l} \text{consentanea.} \\ \text{dissentanea.} \end{array} \right.$

* 1. Δικαιοπραγῆμα vocatur & δίκαιωμα. l. Nic. 7. sed & δικαιοπραγῆμα. $\left\{ \begin{array}{l} \text{vo} \\ \text{huic loco aptior, quia generalior est. Nam δικαιοπραγῆμα significat in gene-} \\ \text{re quod justum est agere: at δίκαιον proprie est inæqualitatem actionis} \\ \text{injustæ seu contractus invito revocare ad æqualitatem justitiæ. Ergo δι-} \\ \text{καιωμα opus est proprie non cujusvis justitiæ, sed correctivæ solius, δικαιο-} \\ \text{πραγῆμα vero cujusvis; nec solius particularis, sed & universalis.} \end{array} \right.$

2. Ἀδίκημα tamen si actionem notat cuiuslibet Justitiæ, etiam Universalis, oppositam: frequentius tamen usurpatur pro actione, quæ Justitiæ particularis violatur. Et huic sensui servit imprimis latina vox Injuriæ.

3. Quæ tamen bifariam accipitur. Nam opponitur interdum Juri, ut Tab. præced. interdum actioni justæ, ut h. l.

4. Ἀδίκημα Justitiæ particulari oppositum est quidem βλάβη, i. e. læsio (alii dantur, Giphanius fraudem vertit,) sed tamen ab aliis duobus Læsiionum generibus, quæ sunt ἀτύχημα & ἀμαρτημα; distingui debet, ut Actio spontanea ab invito. Est autem ἀτύχημα, seu casus fortuitus, cum læsio planè est fortuita, seu humana provisioni exempta; ut, si ad scopum jaculans vulneret hominem subito intercurrentem. Ἀμαρτημα, seu erratum, cum læsio quidem non est planè fortuita, fit tamen absq; animo ledendi, ut si quis aliquem vulneret animum non vulnerandi sed jocandi.

5. Ἀδίκημα ipsum quoque duplex est. Aut enim fit sponte eo modo, quò & brutæ sponte agere dicuntur, id est, ex affectu aliquo subito absq; præviâ consultatio- ne, ut si quis alium, ab eo irritatum, in primo ira fervore vulneret: aut sponte fit modo homini proprio, h. e. præviâ consultatione, ut si quis alium re secum prius deliberatâ ledat. Et hoc ἀδίκημα maximè proprie vocatur Injuria.

6. Ac definiri potest læsio, quam volens invito contra jus infert.

7. Habet enim, si utriusq; personæ respectu injuria dici debet, hæc tria requi- sita: $\left\{ \begin{array}{l} 1. \text{ ut, qui ledit, ledat volens. Patet hoc è dictis.} \\ 2. \text{ ut qui leditur, ledatur invito. Nam volens (voluntate plenâ) non pa-} \\ \text{titur injuriam: Pati tamen sic potest rem injustam.} \\ 3. \text{ ut, quod fit, in se repugnet æqualitati, seu juri particulari.} \end{array} \right.$

8. E duobus prioribus requisitis sequitur, neminem à se ipso posse affici Injuriâ.

Hominis, qui vocatur $\left\{ \begin{array}{l} \text{Justus, δίκαιος} \\ \text{Injustus, ἀδίκος} \end{array} \right\}$ cum volens autor est actionis $\left\{ \begin{array}{l} \text{justæ.} \\ \text{injustæ.} \end{array} \right.$

Nam invitum egisse, aut per eam spontanei rationem, quam & in bruta convenire diximus, non sufficit ad eam moralitatem, ex quâ justum aliquem aut injustum, h. e. *virum bonum aut malum*, Philosophia denominat.

dividi possunt juxta quamlibet vocabuli usurpationem in *Universale & Particulare*.

$\left\{ \begin{array}{l} 1. \text{ Justum (Injustum)} \\ \text{ } \end{array} \right\}$ $\left\{ \begin{array}{l} \text{Universale est omne jus (omnis ἀνομία) societatem civilem,} \\ \text{conservans (urbans.)} \\ \text{Particulare est omne æquum (iniquum) circa bonorum exter-} \\ \text{norum distributionem aut commutationem.} \end{array} \right.$

Nam $\left\{ \begin{array}{l} 2. \text{ Actio justa} \\ \text{(injusta)} \end{array} \right\}$ $\left\{ \begin{array}{l} \text{universaliter} \\ \text{particulariter} \end{array} \right\}$ $\left\{ \begin{array}{l} \text{est quævis actio secundum} \\ \text{justitiam (injustitiam)} \end{array} \right\}$ $\left\{ \begin{array}{l} \text{universalem.} \\ \text{particularem.} \end{array} \right.$

$\left\{ \begin{array}{l} 3. \text{ Homo justus} \\ \text{(injustus)} \end{array} \right\}$ $\left\{ \begin{array}{l} \text{universaliter} \\ \text{particulariter} \end{array} \right\}$ $\left\{ \begin{array}{l} \text{est homo vivens secundum} \\ \text{justitiam (injustitiam)} \end{array} \right\}$ $\left\{ \begin{array}{l} \text{universalem.} \\ \text{particularem.} \end{array} \right.$

TAB. XXVII. De Semivirtute, Virtute Comuni, & Heroicâ.

Virtus
ratione
existentia
dividi-
tur in
tres gra-
dus vel
status.
Quorum

infimus est Semivirtus; cujus notetur

I. *Nomen.* Semivirtutis & Semivirtutis vocabula non leguntur in abstracto apud Aristotelem, sed apud expo- sitores. In concreto tamen incontinentem *ἡμιόρην*, semivirtuosum vocat Aristoteles VII. Nic. 10.

II. *Synonymum.* Vocatur etiam virtus imperfecta.

III. *Descriptio.* Semivirtus est Dispositio ad virtutem communem tanquam habitum suum.

IV. *Divisio.* Tot nominari possunt semivirtutes, quot virtutes communes, nempe Semifortitudo, Semi- temperantia, Semiliberalitas, & ita porro. Aristoteles tamen in iis tantum virtutibus gradum hunc consideravit, quas Tab. XIII. præcipue specificationem capere diximus ab affectu. Et quia is duplex, circa malum unus, circa bonum alter: hinc Aristoteli & duplex Semivirtus, nempe

I. Circa malum *Tolerantia*, nihil aliud est, quam *Semifortitudo*, vel *Semi-potentia*. 10

καρτεία, quæ

opposita habet in { excessu *Semivirtutum ἀνώγουμον.*
defectu *Mollitiem, μαλακίαν.*

sic dici-
tur vel

{ simpliciter - - - }
cum appo- { lucri, nihilque
sitió, { honoris, aliud
conti- { iræ, est, quam

{ *Semitemperantia.*
Semiliberalitas & Semi-
magnificentia. 15
Semimodestia, & Semima-
gnanimitas.
Semimanfuetudo.

2. Cir-
câ bo-
num
Conti-
nentia,
ἐγκρα-
τεία.
Quæ

* *Continentiam lucri licebit & ad Semijustitiam certo modo extendere.*

{ excessu incontinentiam, ἀκρατεία. Quæ duplex: 20

{ *Infirmitas, ἀδύναμις,*
Præcipitantia, προπέτεια } quæ agit { cum } spatio deliberandi.
absq;

1. *Dispositio hac, aut similia, potest etiam accommodari alii Semivirtutum generi ibi;*
2. *Est autem tantum analogi, uti potius analogatum est Infirmitas. Nam Præ-*
cipitantia Lineam Moralitatis Ethica nondum attingit, neq; spontaneam &
edit actionem, nisi talem, qualis & in bruta cadit.
3. *Ideo & Præcipitantia minus vituperatur, quam Infirmitas.*
defectu Semivirtutum ἀνώγουμον.

V. *Oppositum*, Semivirtutum in genere.

VI. *Processus* Tab. seq.

medium, virtus communis: cujus notetur

{ Semivirtutem, virtus perfecta.

I. *Synonymia.* Vocatur in contradistinctione ad Virtutem Heroicam, Virtus humana.

II. *Comparatio cum Semivirtute*, quæ consistit in his duobus præcipue:

1. Virtus communis cum Semivirtute convenit in eo, quod utrobique non modo recta ratio adest (id quod & in Semivirtute locum habet, & hinc licebit hæc tria simul à vitio communi distingue- re.) sed & ei obeditur, (quod non fit in Semivirtute.) 35

2. Virtus communis à Semivirtute differt in eo, quod Semivirtus affectus habet reluctantes, nec dum satis domitos; Virtus communis verò compositos & domitos.

* I. Sano sensu hoc capiendum est, non quasi habitum virtutis communis adepti nullam habeant residuam pugnam rationis & appetitus, aut uno altero de sacculo vitioso amputato amputati sint illico omnes, aut ipsa radix excisa. Nam ob depravationem Naturæ originalem nunquam perfecte in hac virtute aboleitur, ne à sanctissimis quidem, medium ab eis, qui solius naturæ virtutibus nituntur, illa & Philoxenus, malignitas, quæ omnium in appetitu vitiorum ultima radix est. Itaq; nec Heroum ullum memoratur, ut non suum adhaerens naturæ, utq; interdum satis enormis: ut si secundum rigorem pronunciare velimus, nullum homo ultra Semivirtutis terminos in hoc mortali corpore promoveri dicendus sit. Sed quia tamen sic rigorose accepta Semivirtutum gradus adhuc habet suos, ita, ut affectibus alium magis, alius minus dominetur, prout rariis aut sapiens, in iis frenandis laboraverit: inde gradus utcumq; superior habitus nomine donari, & si non absolute, saltem comparatè perfectiora virtus appellari solet. (cundum virtutem operetur.)

2. Signum autem habitus istiusmodi acquisitum est, si quis cum voluptate, aut absque gratia molesta sem- III. *Descriptio.* Virtus communis est habitus virtutis, dispositione seu Semivirtute perfectior, Heroicâ tamen virtute adhuc interior. (meravimus Tab. XIII. & XIV. 56

IV. *Divisio.* Virtutes communes sunt undecim, quot sc. species Virtutis quoad essentiam consideratæ au-

V. *Oppositum.* Vitium commune in genere.

supremum, Virtus Heroica: cujus notetur

(Dei æve genitos, ut essent quasi Semidei.

I. *Etymologia.* Sic dicitur ab Heroibus, quos fingebant esse homines altero parente homine, altero Deo

II. *Synonymia.* Unde & appellatur Virtus divina, quæ sc. in homine sit plusquam humana, i. e. commu- nem vulgaremque virtutis mensuram supergrediens. 55

III. *Distinctio Socii.* Gradus Heroicus *infusa*: Qualis v. g. erat Heroica fides mulieris Cananæ. considerari potest in virtute { *intellectuali.* Qualis e. g. Heroica scientia Aristotelis. }
{ *moralis.* Et ita hoc loco.

IV. *Descriptio.* Virtus Heroica est habitus virtutis, virtute communi tum perfectior, tum illustrior, & 60 rarior, ut ab extraordinariâ quadam Dei cooperatione, & indolem & impetum solito nobiliorem largientis, profectus esse videatur.

V. *Divisio.* Virtus Heroica est vel Heroica Fortitudo, vel Heroica Temperantia, & sic deinceps, nisi quod in Homilicis virtutibus ineptum videtur gradum Heroicum querere velle. Certè Aristoteles cum vix in alio virtutis genere, quàm in Fortitudine consideravit. (seu bestiarum, detrudi videtur.

1. *Etymologia.* Sic vocatur, quia per eam homo in statum humano dezeriorem, qui est ferarum, 65
2. *Synonymia.* Unde vocatur & bestialitas, item immanitas, græcè *βησιότης.*

VI. *Opposi- tum.* Feritas, Cujus { *Involuntaria*, orta v. g. ex morbo, qualis est eorum, qui carnem hu- manam comedunt ex phrenesi. }
Feritas est duplex: { *Voluntaria*, orta ex voluntate, ut si quis præ crudelitate cadaver hostis interfecti mordeat. Et hæc propriissime virtuti Heroicæ opponitur, 70 }
estque hujus loci.

4. *Divisio.* Ut virtuti communi vitium duplex, sic virtuti Heroicæ duplex feritas opponitur, excedens & deficiens.

TAB.

TAB. XXIIIX. Processus Actionum moralium in Statu Semivirtutis & Semivitiij,
 ostensus in exemplo objecti jucundi aut utilis, sed turpis, quod sit v. g. pecunia aliena.

* *Declaratio quorundam Terminorum, qui in hac tabulâ usurpantur :*

Transmissio fit ab unâ potentiâ cognoscente ad alteram.

Repræsentatio fit à potentiâ cognoscente ad appetentem.

Transitus fit à potentiâ ad actum ejusdem generis.

Imperatio } fit à voluntate ad alias potentias, quæ possunt obedire.
 Prohibitio }

Objectum externum
 sistit se.

1.) Sensui externo.
 Hic transmittit

2.) Sensibus internis, & maxime Phantasiæ.
 Hæc

repræsentat

3.) Potentiæ Appetitûs sensitivi.
 Hæc transit in

4) Affectum præcipitantiz seu motum primum, subitum, simplicem, qui appetit, ut rem jucundam.

transmittit

5) Potentiæ intellectivæ.

Hæc transit in

6) Contemplationem, & judicat, objectum esse

Bonum, | Malum,
 quia jucundum, | quia turpe.
 Sic utrumque repræsentat

7) Voluntati,

8) Apud quam hinc oritur pugna
 Sensus | & | Rationis,

qui dicitur: Appete! | & | quæ dicitur: Fuge!

9) Voluntatis

utitur libertate suâ & adjungit se
 vel

TATIS ETHICÆ

10) Sensui,
 patiturque hunc dominari Rationi.
 Unde fit progressio ad vitium:
 Voluntate scil.

14) Rationi,
 & huic subjicit sensum.
 Unde fit progressio ad virtutem:
 Voluntate scil.

transfente in

11) Affectum incontinentiæ (infirmi-
 tatis) seu motum secundum, præmedi-
 tatum, mixtum (ex volun-
 tate & appetitu sensitivo
 indomito) qui appetit
 malum morale sub specie
 boni jucundi.

imperante

12) Intellectui, ut cogitet de
 mediis adipiscendi.
 13) Loco-
 motivæ,
 ut mini-
 stret, &
 exequatur.

transfente in

15) Affectum continentiz
 seu motum secundum,
 præmeditatum, mixtum
 (ex voluntate & appetitu
 sensitivo aliquantum, licet
 nondum satis, domito,) qui
 fugit malum morale, non-
 obstante, quod sit bonum
 jucundum.

prohibente

16) Intellectui, ne cogitet
 de mediis adipiscendi.
 17) Loco-
 motivæ,
 ne ministret, aut
 exequatur.

* *Apparet præterea ex hac tabulâ :*

1. Cur Affectus præcipitantiz, seu motus primi (4) non sint in nostrâ potestate? quia scil. præcurrunt actum intellectus (6) & voluntatis (9). Et hac causa est, cur Præcipitancia minus sit in vitio, quam infirmitas, (11) quia hanc præcedunt actus intellectus & voluntatis.
2. Quomodo cum actu incontinentiæ jungatur actualis inscitia rei, quæ agitur, quod ad moralitatem ejus attinet? Nam de præcipitancia, quia hæc actum intellectus, ut diximus, antevertit, res clara. De infirmitate vero sic habendum, vebementiâ affectus illius mixti percussit intellectum, ut immoretur contemplationi objecti, quâ parte sensibus jucundum (aut molestum) est, & interim illud desinat contemplari, quâ parte Rationis turpe (aut honestum) judicatur. Ac fit etiam, ut voluntas talem contemplandi continuationem, aut cessationem intellectus imparet. Porro, post opus incontinentia perfectum, voluptate paulatim fatigante, aut prorsus abeunte, redire solet intellectus ad speculationem veterem rectæ rationis. Hinc penitentia facti.
3. Quâ ratione Voluntas in actionibus humanis sit primum movens? Est enim primum movens tum primitate ordinis scil. in lineâ moralitatis Ethicæ: tum primitate dignitatis, ob motus præstantiam: movet enim imperando, non transmittendo, aut repræsentando.

Virtu-

TAB. XXVII. De Semivirtute, Virtute Communi, & Heroicâ.

infimus est Semivirtus; cujus notetur

I. *Nomen.* Semivirtutis & Semiviti vocabula non leguntur in abstracto apud Aristotelem, sed apud expo- sitores. In concreto tamen incontinentem *ἡμιδύναμον*, semivirtuosum vocat Aristoteles VII. Nic. 10.

II. *Synonymum.* Vocatur etiam virtus imperfecta.

III. *Descriptio.* Semivirtus est Dispositio ad virtutem communem tanquam habitum suum.

IV. *Divisio.* Tot nominari possunt semivirtutes, quot virtutes communes, nempe Semifortitudo, Semi- temperantia, Semiliberalitas, & ita porro. Aristoteles tamen in iis tantum virtutibus gradum hunc consideravit, quas Tab. XIII. præcipue (specificationem capere diximus ab *ἡμιδύναμον*). Et quia is duplex, circa malum unus, circa bonum alter: hinc Aristoteli & duplex Semivirtus, nempe

I. Circa malum *Tolerantia*, nihil aliud est, quam *Semifortitudo*, vel *Semipiencia*. 10

καρτεσία, quæ } opposita habet in { excessu *Semivitiūm ἀνώουμον*.
defectu *Mollitiem, μαλακίαν*.

2. Circa bonum *Continentia*, *ἔγκρατεια*. Quæ } sic dicitur vel } simpliciter } nihilque } *Semitemperantia*.
cum appo- } lucris, } aliud } *Semiliberalitas & Semi-*
sitiō, } honoris, } est, quam } *magnificentia*. 15
conti- } iræ, } *Semimodestia, & Semima-*
nentia } *Semimanfuetudo*.

* *Continentiam lucris licebit & ad Semijustitiam certo modo extenderē.*

excessu *incontinentiam, ἀκρατεϊαν*. Quæ duplex: 20

{ *Infirmitas, ἀδύναμια*, } quæ agit { cum } spatio deliberandi.
{ *Præcipitantia, ἀεργητεια* } { absq; }

* 1. *Divisio* hac, aut simili, potest etiam accommodari alii *Semivitiūm* generi ibi:
2. Est autem tantum analogi, ubi potius analogatum est *Infirmitas*. Nam *Præ-*
cipitantia *Lineam Moralitatis Ethicæ* nondum attingit, neq; spontaneam
edit actionem, nisi talem, qualis & in bruta cadit.
3. Ideo & *Præcipitantia* minus vituperatur, quam *Infirmitas*.
defectu *Semivitiūm ἀνώουμον*.

V. *Oppositum*, Semivitiūm in genere.

VI. *Processus* Tab. seq.

mediū, virtus communis: cujus notetur

{ Semivirtutem, virtus perfecta.

{ Virtutem Heroicam, Virtus humana. 30

I. *Synonymum.* Vocatur in contradistinctione ad

II. *Comparatio cum Semivirtute*, quæ consistit in his duobus præcipue:
1. Virtus communis cum Semivirtute *convenit* in eo, quod utrobique non modo recta ratio adest (id quod & in Semivitiūm locum habet, & hinc licebit hæc tria simul à vitio communi distinguerē) sed & ei obeditur, (quod non fit in Semivitiūm.) 35

2. Virtus communis à Semivirtute *differt* in eo, quod Semivirtus affectus habet reluctantes, nec dum satis domitos; Virtus communis verò compositos & domitos.

* 1. Sano sensu hoc capiendum est, non quasi habitum virtutis communis adepti nullam habeant resi- duam pugnam rationis & appetitus, aut uno alteroq; surculo vitioso amputato amputati sint illico omnes, aut ipsa radix excisa. Nam ob depravationem Naturæ originalem nunquam perfecte in hac virtute aboleretur, ne à sanctissimū quidem, medum ab iis, qui solū natura virtutis nuntiat, illa & Philoſophus malignitas, quæ omnium in appetitu vitiorum ultima radix est. Itaq; nec Heroium ullus memoratur, cui non suus adhæserit vicio, utq; interdum fatu enormi: ut si secundum rigorem pronunciare velimus, nullus homo ultra Semivirtutis terminos in hoc mortali corpore progredi di- cendus sit. Sed quia tamen sic rigore, & accepta Semivirtutis gradus adhuc habet suos, ita, ut affe- ctibus aliis magis, aut minus dominetur, prout variis aut sapiens, in iis frenandis laboraverit: inde gradus utcumq; superior habitus nomine domari, & si non absoluit, saltem comparatè perfe- cta virtus appellari solet. (cundum virtutem operetur.

2. Signum autem habitus istiusmodi acquisiti est, si quis cum voluptate, aut absque gravi molestia se- III. *Descriptio.* Virtus communis est habitus virtutis, dispositione seu Semivirtute perfectior, Heroicâ tamen virtute adhuc interior. (meravimus Tab. XIII. & XIV. 50

IV. *Divisio.* Virtutes communes sunt undecim, quot sc. species Virtutis quoad essentiam consideratæ au- 55

V. *Oppositum.* Vitium commune in genere.

supremū, Virtus Heroica: cujus notetur

(Deiæ genitos, ut essent quasi Semidei.

I. *Etymologia.* Sic dicitur ab *Heroibus*, quos fingebant esse homines altero parente homine, altero Deo

II. *Synonymia.* Unde & appellatur Virtus *divina*, quæ sc. in hominē fit plusquam humana, i. e. commu- nem vulgaremque virtutis mensuram supergrediens. 55

III. *Distinctio Vocis.* Gradus Heroicus *infectus*: Qualis v. g. erat Heroica fides mulieris Cananæ. considerari potest in virtute } *intellectuali*. Qualis e. g. Heroica scientia Aristotelis. } *acquisita* } *moralis*. Et ita hoc loco.

IV. *Descriptio.* Virtus Heroica est habitus virtutis, virtute communi tum perfectior, tum illustrior, & 60 rarior, ut ab extraordinariâ quadam Dei cooperatione, & indolem & impetum solito nobiliorem largientis, profectus esse videatur.

V. *Divisio.* Virtus Heroica est vel Heroica Fortitudo, vel Heroica Temperantia, & sic deinceps, nisi quod in Homilicis virtutibus ineptum videtur gradum Heroicum quærere velle. Certè Aristoteles eum vix in alio virtutis genere, quam in Fortitudine consideravit. (seu bestiarum, detruendi videtur.

VI. *Oppositum.* Feritas, Cujus } 1. *Etymologia.* Sic vocatur, quia per eam homo in statum humano deteriore, qui est ferarū, 65 } 2. *Synonymia.* Unde vocatur & *bestialitas*, item *immanitas*, græcè *ἡμιδύναμος*.

3. *Distinctio Vocis.* } *Involuntaria*, orta v. g. ex morbo, qualis est eorum, qui carnem hu- } manam comedunt ex phrenesi. } *Voluntaria*, orta ex voluntate, ut si quis præ crudelitate cadaver hostis } interfecti mordeat. Et hæc propriissime virtuti Heroicæ opponitur, 70 } estque hujus loci.

4. *Divisio.* Ut virtuti communi vitium duplex, sic virtuti Heroicæ duplex feritas opponitur, excedens & deficientis.

Virtus ratione existentiâ dividitur in tres gradus vel status. Quorum

TAB. XXIIIX. Processus Actionum moralium in Statu Semivirtutis & Semivitii,

ostensus in exemplo objecti jucundi aut utilis, sed turpis, quod sit v. g. pecunia aliena.

* *Declaratio quorundam Terminorum, qui in hac tabulâ usurpantur :*

Transmissio fit ab unâ potentiâ cognoscente ad alteram.

Representatio fit à potentiâ cognoscente ad appetentem.

Transitus fit à potentiâ ad actum ejusdem generis.

Imperatio } fit à voluntate ad alias potentias, quæ possunt obedire.
Prohibitio }

Objectum externum
sistit se.

1.) Sensui externo,
Hic transmittit

2.) Sensibus internis, & maxime Phantasiæ.
Hæc

representat

3.) Potentiæ Appetitûs sensitivi.
Hæc transit in

4.) Affectum præcipitantiz seu motum primum, subitum, simplicem, qui appetit, ut rem jucundam.

transmittit

5.) Potentiæ intellectivæ.

Hæc transit in

6.) Contemplationem, & judicat, objectum esse

Bonum, | Malum,
quia jucundum, | quia turpe,
Sic utrumque representat

7.) Voluntati,

8.) Apud quam hinc oritur pugna

Sensus | & | Rationis,

qui dicitur: Appete! | & | quæ dicitur: Fuge!

9.) Voluntas

utitur libertate suâ & adjungit se
vel

TATIS ETHICÆ

10) Sensui,
patiturque hunc dominari Rationi.
Unde fit progressio ad vitium:
Voluntate scil.

14) Rationi,
& huic subjicit sensum.
Unde fit progressio ad virtutem:
Voluntate scil.

transfente in

imperante

transfente in

prohibente

11) Affectum incontinentiæ (infirmi-
tatis) seu motum secundum, præmedi-
tatum, mixtum (ex voluntate & appetitu sensitivo
indomito) qui appetit
malum morale sub specie
boni jucundi.

12) Intellectui, ut cogitet de
mediis
adipiscendi.

13) Loco-
motivæ,
ut mini-
stret, &
exequatur.

15) Affectum continentiz
seu motum secundum,
præmeditatum, mixtum
(ex voluntate & appetitu
sensitivo aliquantum, licet
nondum satis, domito,) qui
fugit malum morale, non-
obstante, quod sit bonum
jucundum.

16) Intellectui, ne
cogitet
de mediis
adipiscendi.

17) Loco-
motivæ,
ne mini-
stret, aut
exequatur.

* *Apparet præterea ex hac tabulâ :*

1. Cur Affectus præcipitantiz, seu motus primi (4) non sint in nostrâ potestate? quia scil. præcurrunt actum intellectus (6) & voluntatis (9). Et hæc causa est, cur Præcipitancia minus sit in vitio, quàm infirmitas, (11) quia hæc præcedunt actus intellectus & voluntatis.

2. Quomodo cum actu incontinentiæ conjungatur actualis infirmitas rei, quæ agitur, quod ad moralitatem ejus attinet? Nam de præcipitancia, quia hæc actum intellectus, ut diximus, antevertit, res clara. De infirmitate vero sic habendum, vehementiâ affectus illius mixti percelli intellectum, ut immoretur contemplationi objecti, quâ parte sensibus jucundum (aut molestum) est, & interim illud desinat contemplari, quâ parte Rationis turpe (aut honestum) judicatur. Ac fit etiam, ut voluntas talem contemplandi continuationem aut cessationem intellectui imparet. Porro, post opus incontinentiæ perfectum, voluptate paulatim fatigante, aut prorsus abeunte, redire solet intellectus ad speculationem veterem rectæ rationis. Hinc penitentia facti.

3. Quâ ratione Voluntas in actionibus humanis sit primum movens? Est enim primum movens tum primitate ordinis scil. in lineâ moralitatis Ethicæ: tum primitate dignitatis, ob motus præstantiam: movet enim imperando, non transmittendo, aut representando.

Virtu-

T A B. XXIX. De Prudentiâ & cæteris virtutibus Intellectualibus.

I. *Convenientia cum cæteris virtutibus intellectualibus.* Convenit autem definitione generali, quæ est hæc: Virtus Intellectualis est habitus mentis, quo illa affirmando vel negando verum enunciat.

II. *Discrimen à cæteris virtutibus Intellectualibus.* Id quod intelligitur partim è Virtutum Intellectualium.

Divisione. Virtutes Intellectualles sunt quinque:

1. <i>Intelligentia</i> , Νῆς, 2. <i>Sapientia</i> , Σοφία, 3. <i>Scientia</i> , Ἐπιστήμη, 4. <i>Prudentia</i> , Φρόνησις, 5. <i>Ars</i> , Τέχνη	quæ est in intellectu	Theoretico	& versatur circa	prima principiâ complexa. contemplabile nobilissimum, quod est Deus, & res divinæ. contemplabile minus nobile, quod sunt res creatæ. agibile nobilissimum, quod est Bonum morale. agibile minus nobile, quod est Bonum artificiale.
		Practico		

* Bonum Morale & Artificiale præter ea, quæ Tab. III. dicta sunt, etiam differunt his modis:

1. Boni *Moralis* actio vocatur κατ' ἰσχὺν ἀετιοῦ seu πρᾶξις & ipsum Bonum πειθὸν & πραΰδι.
2. Bonum Morale est bonum homini simpliciter, & ex eo simpliciter appellatur virtus boni. Artificiale vero est bonum homini secundum quid, neq; ex eo appellatur virtus boni, sed e. g. boni Musici, boni Poeta, boni Rhetoris; boni Grammatici, boni fabri, &c.
3. Bono Morali abuti non possumus; Artificiale possumus.
4. Bonum Morale ambitu suo ipsum hominum finem ultimum attingit; Artificiale non attingit.

Definitionibus specialibus Aristotelicis: 1. INTELLIGENTIA est habitus Principiorum. 2. SAPIENTIA est scientia rerum honoratissimarum. 3. SCIENTIA (latius paulò accepta) est habitus demonstrativus. 4. PRUDENTIA est habitus cum verâ ratione activus circa ea, quæ homini (simpliciter) bona & mala sunt: (ea verò sunt honesta & turpia.) 5. ARS est habitus cum verâ ratione effectivus.

Virtutes morales diriguntur à Prudentia: cujus notentur

III. *Discrimen à solertiâ seu ACUMINE* (Græcè vocatur δεινότης, & est potentia quædam naturalis) ea, quæ ad finem propositum faciunt, agendi & consequendi.) Differunt autem;

1. Prudentia est in primâ specie Qualitatis: δεινότης in secundâ.
2. Prudentia est determinata ad bonum, nec prudens esse potest, qui non sit vir bonus, (imò prudentia rigorosè in statu absolute perfectò accepta omnes virtutes morales connectit, ut, unam qui habet, omnes habeat;) Δεινότης autem est indeterminata caditque etiam in homines improbos.
3. Prudentia non potest esse absque δεινότητι: δεινότης autem potest esse absque prudentiâ, quando scilicet exit in πανουργίαν, seu versutiam.

IV. *Distinctio in modos considerandi.* Potest enim Prudentia bifariam considerari, in respectu scilicet hominis vel

1. ad seipsum, quatenus scilicet, per eam homo sibi ipse consulit; vocaturque Prudentia simpliciter absque appposito.
2. ad alios homines in societate civili, quibus unâ secum prospicit; & tum vocatur cum appposito Prudentia Politica.

1. Ut realiter idem est Virtus generatim accepta cum Iustitia universali; Beatitude hominum cuius, cum beatitudine totius civitatis; Virtus boni Nautæ, quæ seipsum, cum ea, quæ Sectores cæteros, servat: Sic realiter idem est Prudentia, quæ homo sibi ipsi & quæ toti civitati rectè providet. Modus tantum considerandi est diversus.
2. Si finem ultimum familia statuerimus eundem cum finem ultimum totius civitatis, prudentia quoque Oeconomica (quæ paterfamilias domui rectè consulit) idem est cum Prudentiâ Politica; sed diversum, diversâ.

V. *Divisio Prudentiæ politicæ, seu Civilis in partes,*

Quarum una vocatur δεινότης πολιτικὴ & νομοθετικὴ, legislatoria, quia versatur circa universalia legibus ad totius civitatis salutem comprehendenda.
 altera vocatur totius nomine πολιτικὴ, versaturque circa singularia
 futura deliberanda: unde subdividitur in βουλευτικὴν, Consultatoriam, seu Senatoriam.
 præterita iudicanda: tur hæc pars in δικαστικὴν, Judicatoriam, seu Judiciariam.

VI. *Cognata.* Habitûs politicæ Prudentiæ cognati ab Aristoteletres explicantur:

1. Εὐβουλία, Bona Consultatio, quæ h. l. est, quæ media legitima ad honestum ipsius prudentiæ finem facientia iustâ celeritate inveniuntur.
2. Σύνεσις, Sagacitas, seu Perspicacitas, quæ h. l. est, quæ rectè intelliguntur ea, quæ ab aliis prudentibus sancita sunt.
3. Ἐνώμη (al. Εὐγνωμοσύνη) sententia, quæ h. l. est, quæ rectè iudicat vir æquitatis amans (ea, in quibus lex ob universalitatem deficit.)

VII. *Oppositum.* Versutia seu calliditas, πανουργία, quæ definiti potest Habitûs cum corruptâ ratione activus circa ea, quæ homini simpliciter bona vel mala sunt.

* Versutia Prudentiæ opponitur contrariè. Privativè illi Imprudentiam licet opponas.

I. Homonymia.

1. Voluptas, & oppositum ejus Dolor, accipiuntur bifariam: vel *improprie* pro affectibus in genere circa bonum & malum, qui voluntas appetitus & fuga, seu persecutio & averfatio, suntque quasi genera duo, (alii fontes vocant) omnium specialium affectuum; adeoque & ipsarum actionum origines quaedam. Et hoc sensu exaudiendum est illud: *Voluptatem & Dolorem esse communia objecta virtutum moralium*; de quo II. Nicom. 3. vel *proprie*, ut designent affectuum & actionum non causas & principia, sed effectus & comites. Et ita h. l.

2. Voluptas sumitur

stricte pro solis voluptatibus corporis, & inprimis gustus & tactus. Sic fere vulgo, quia haec notiores sunt, quam voluptates animi. *late*, ut voluptates etiam animi comprehendat. Et ita h. l.

II. Quid non sit?

Resp.

1. Voluptas non est motus. Quia (1) voluptas est actus perfectus; motus actus imperfectus. (2) Motus est ens successivum, & in partes dividuum; Voluptas non item. Unde (3) motus unus alio dicitur tardior celeriorve; non item voluptas voluptate.

* Hinc sequitur, Voluptatem quoque non esse actionem; seu operationem (intentionem) Nam & operatio motus est quidam.

2. Voluptas non est affectus. Hic enim pertinet ad facultatem appetentem; Voluptas ad cognoscentem.

III. Quid sit?

Resp.

Voluptas est operationis secundum naturam a) non impeditur b) ultrò superveniens finis seu perfectio, (ad eum modum, quo corporibus ad aetatis maturitatem perductis sponte natura accedere quasi in cumulum solet sua venustas.)

* a) Operatio secundum naturam hic dicitur, quae inveniatur in natura hominis in statu recto, considerata. Ea 25. Sero duplex, animalis & humana. Quarum illa saepe simpliciter Natura; haec Ratio appellatur. b) Impeditam actionem non voluptas, sed dissolutas & molestias comitantur. Actus sunt actiones habitum praecedentes. Unde comparati habitus signum est voluptatis actum comitari.

IV. Requisita.

Ut operationem facultatis cognoscentis sequatur haec perfectio, quam voluptatem vocamus, duae requiruntur aliae perfectiones: Una ex parte facultatis cognoscentis. Vocatur autem perfectio sensuum quidem *suavis conditio*, intellectus autem habitus bonus, seu virtus. Altera ex parte objecti *cognoscibilis*. Talis perfectio in visibilibus est pulchritudo, in gustabilibus dulcedo, &c. in intelligibilibus veritas. Atque ita fit, ut sanis oculis praediti rem pulchram videndo; sanis auribus, suavem concentum audiendo; sanam mentem, res veras intelligendo voluptatem capiant.

V. Divisio. Voluptas est vel

Corporis seu sensus. Quae rursus *quintuplex* pro numero sensuum: nempe voluptas ex visu, auditu, olfactu, gustu, tactu.

Animi seu Mentis } *Theoreticum*, ex contemplatione veri. } moraliter. }
 quoad intellectum } *Practicum*, ex conscientia actionis suae bonae } artificialiter. }

- * 1. Ut Actiones, seu operationes, sic & Voluptates specie differunt.
- 2. Dignitas voluptatum aestimatur e dignitate actionum. Hac autem pendet e dignitate facultatum & objecti. Ergo nobilior est voluptas mentis, quam sensuum: & in mente intellectiva Theoretici, quam practici: & in intellectu Theoretico nulla nobilior, major, purior, quam quae oritur e contemplatione objecti nobilissimi, quod est Deus. Vicissim in sensibus purior voluptas oculorum & aurium, quam odoratus: & odoratus, quam gustus & tactus. Nam horum duorum objecta crassissima sunt. unde & ipsa voluptates valde crassa & impura nobis, adeo cum brutis communes, & necessaria magis, quam honesta ac liberalis, sic ut homo perfectus. 45. nua sua studius eas fugat potius ut nobiliorum actionum voluptatum, impedimentum, quam sectetur.
- 3. Verumtamen cum omnimoda harum voluptatum (qua non est in corpore appellatur) averfatio nec individuo, nec speciei satii proficua sit, sapientissimo providit opifex natura, ut etiam primum earum experimentum (quod secus evenit in voluptatibus caeteris) dolor ex indigentia rei ad conservandum individuum aut speciem necessaria antecedat, qui hominem excites ad satium faciendum etiam natura animali, & admittendam eam voluptatem, quam ratio recta non tam ut rem jucundam, quam utilem sine ad beipum natura animalis consequendum, sive ad illud doloris praesentis malum vitu medicina sanandum, appeti debere & dicitur. Aristoteles talia in proprio vocat natura oviparorum idia, per accidens jucunda, VII. Nic. ult.
- 4. Et si operationi anima rationalis secundum virtutem nexu indivulso adhaeret voluptas animi: tamen luminum Bonum hominis non in voluptate ista comito vel potest equari, sed in ipsa aetate, principe scilicet ac Domina, quae debet. Qui autem summum Bonum ipsam voluptatem animi esse censuerunt; ea re lapsi sunt fere, quod discrimen inter actionem & voluptatem (sunt enim harum natura copulativissima) perscrutare non potuerunt. Quod istis quoque Aristoteli VII. Nic. 12. & 13. evenisse dicitur, ut apud fuerit divitibus Philistis, nua habemus X. 3. 4. 5.

VI. Distinctio vera

equivoca. Voluptas vel est

apparens } quam talem esse judicat sensus aut intellectus } recte } conformato. 60
 } } } prave }

Sic (uno stomacho edere panem; corrupto (ut mulieribus praeter laborantibus) edere etiam voluptas est: Sanam menti notitia vera; corrupta sui errores jucundi sunt. Recte misti quos actio secundum virtutem; depravatos appetitum & virtutum oblectant.

De Voluptate notentur

I. *Modus considerandi*: Amicitia hominum *habitualiter* κατ' ἐξῆς inter se potest considerari vel *actualiter*, κατ' ἐνεργεῖαν. Et ita maxime h. l.

II. *Definitio*: Amicitia est (1) benevolentia (bene velle alicui dicimur, cum amamus cum primario nam propter nos, aut bonum inde ad nos perveniens, qui amor est concupiscentiae, sed propter ipsum, aut bonum, prout in ipso existit, & hunc vocant amorem amicitiae) (2) mutua, (3) non latens, (i. e. officii declarati.) Implicat haec Definitio tria amicitiae requisita.

1. *Ab objecto*, seu re aetna: *Honesti* cum amo alium (honestatem, quae est in ipso: *Bili*. Amicitia est *Jucunda* primario propter commodum, quam ab eo polliceor vel *Utilis* propter commodum, quod mihi 10

III. *Divisiones*

*1. *Diviso* haec est generis analogi: ubi potius analogatum est amicitia honesta, quippe quae vera benevolentia conficitur, cum aeternis deas non alium amor dirigit, quam concupiscentiae. Itaque & haec imperfecta sunt, & amicitia nomen tantum ex similitudine meretur; illa simpliciter talis ac perfecta, omnibusque numeris absoluta; quavdoque dem cum voluptate quosque, & commodum amicitiae ab amante primario non intenduntur, ultra sequuntur tamen.

2. *Sunt* & alia perfecta amicitiae & imperfecta amicitiam discrimina. Cum enim perfecta fundamentum sit virtus, inde fit, ut ipsa non nisi inter viros bonos locum habeat, & quae, unicum multum intercedat: adhuc perquam sit raras, unde incipiens, sed constans, & querelis vacans. Quorum omnium contraria in amicitia imperfecta deprehenduntur.

3. *Differunt* etiam inter se amicitiae imperfectae. Nam jucunda similior est honestae, quam utilis: magis item querelis vacat, quia in ea ex mutuo consensu statim fit exaequatio voluptatis. Jucundam magis appetunt divites ac potentes, utilem egeni & imbecilles. Jucunda inter juvenes fertur; utilis inter senes: quoniam & senes libidinosos & aduros juvenes reperias. 20

4. *Quod* si ergo in hoc genere alter lucrum, alter voluptatem ab altero capiet (ut sit & g. in conjugio egeni juvenis cum vetula divite) & aeternam amicitiam soleamus vocare dissimilarem. Nam similis est, ubi uterque amicum eodem bonorum generis appetit. Est autem amicitia dissimilariis opportunior querelis, quia facilius est lucrum lucro, aut voluptas voluptati, quam lucrum voluptati commensurare. Remedium tamen erit in partibus definitis.

5. *Utilis* amicitia vicissim subdividitur in inmoralem & legitimam: Haec est, cum certo pacto definitur, quid & quantum pro accepto reddendum sit. Illa cum non definitur, sed hoc in accipientis aequitate relinquitur. Unde moralem amicitiam cuius affligere possunt querela: quod in re incerta facilius sit discrepancia voluntatum. 25

2. *Ab subjecto*, seu Personis. Amicitia est vel (1) *Aequalis*, ἐἰς ἰσότητι quae interceperit aequalibus, e.g. duobus collegis, 30 vel (2) *Inaequalis*, κατ' ὑπεροχὴν dit personis inaequalibus, e.g. imperanti & parenti.

(2) *Politica* seu *Civilis*, quae locum habet *Civili* inter personas *domesticam* copulatas, 35 *Oeconomica*, seu *domestica*, societate

De Amicitia notentur

1. *Ubi* & quatenus Jus, ibi & aeternus Amicitiae locum habet. Ut ergo Jura primario intercedit personis aequalibus ac Civilibus, secundario inaequalibus & domesticis: sic & Amicitia. Unde dicas & haec duas divisiones esse generis analogi, in quibus potius analogata sint amicitia aequalis & civilis, (ad quam & hospitalitatem licebit referre.) Neque amicitia honesti ullibi perfectior est, quam inter cives virtute aequales. Sed inaequales ac domesticas amicitias fere utilitas conciliat, aut voluptas. Utiles certe indigentia facit mutua, quae non est sine qualicunque inaequalitate ac dissimilitudine.

2. *Aequalis* & inaequalis Amicitia lubidividi possunt pro diversitate rerum, quae aequalitatem aut inaequalitatem in personis faciunt. Faciunt autem virtus, aetas, sexus, dignitas, divitiarum, generum vita &c.

3. *Sic* & civilis ac domestica pro diversitate Rerum, & Societatum domesticarum. 45

4. *In* aequalitate permixtio officiorum instituitur juxta proportionem Arithmetica; in inaequalitate geometrica, cujus ratio in eo posita est, ut persona inferior, quod in lucro non potest, reddat in honore.

5. *Tametsi* si hominem & Ratio seu Voluntatis, & Natura inclinat ad utrumque, amicitia generis, civile ac domestica, nec dubium, quin utrobique, opus Rationis perfectius sit, quam Natura: tamen domestica Amicitia Naturae, Civiles Ratione magis constant.

IV. *Mensura*, Φιλανθία, seu *Amor sui ipsius*. Tum enim se quisque alteri verè ac bonè fide amicum sciat, si eum illo amoris genere complectatur, quo per naturalem Φιλανθίας se ipsum. Amat enim se quisque naturaliter amore non concupiscentiae, sed amicitiae. Itaque: 1. bene vult sibi propter se. 2. benefacit sibi propter se. 3. libenter secum degit. 4. secum consentit. 5. bonis suis delectatur, malis dolet: quae aliàs solent pro notis haberi verè ac perfectè amicitiae.

*1. *Φιλανθία* duplex est: Naturalis, quae in omnibus hominibus, etiam pueris, eadem est: & Acquisita, quam aliam habent probi, longè aliam improbi: Illi rectam, dum se animi potius, quam ceteris bonis ornare student, sensumque rationis subjicientes pace internam secum fruantur; Hi perverfam, dum contrario modo se habent. 55

2. *Φιλανθία* recta maxime digna est hoc nomine. Perverfa odium potius hominis est versus se ipsum. 60

3. *Itaque*, Φιλανθία recta non tantum mensura est Amicitiae verae cum aliis, sed & causa: cum è diverso Φιλανθία corrupta & vitiet illam mensurae rationem, & dissidiorum potius ac bellorum fons sit.

V. *Theoremata*. 1. Ut voluptate nullum post virtutem bonum est majus in bonis internis: sic Amicitia in externis (quae quidem ab aequalibus ad nos proficisci possunt.) 65 2. Amare praestantius est quam amari. 3. Benefaciens magis amat eum, cui benefacit, quam ab illo amatur. 4. Amicorum usus in adversis utilior, in prosperis est honestior.

I. *Homonymia*. Politica sumitur

- 1. *habitualliter*, pro habitu
 - perfecto, qui vel comparatus est non tantum doctrinâ, sed & experientia.
 - Imperfecto, qui vel sola doctrinâ, aut sola experientia nititur.
- 2. *systematice*, pro systemate
 - universali, improbo, confcripto secundum doctrinam Machiavellistarum.
 - particulari, probato & à dictis duabus hæresibus Politicis abhorrente. Et tale speramus hoc nostrum fore.

III. *Synonymia*. Unde latinè vocari solet doctrina *Civilis* seu *de Republicâ*.

IV. *Definitio*. Politica est posterior pars Philosophiæ Practicæ agens de summi Boni Civilis subiecto, (quod est *Civitas*,) & Medio, (quod sunt *leges*.)

V. *Partitio*. Itaq; dividemus eam in duas partes:

- 1. de *Civitate*, cujus
 - genus: societas naturalis, Tab. XXXIII.
 - materia complexa
 - remota, Societates domesticæ, Tab. XXXIV. & seqq.
 - propinqua, Domus & Vicus, Tab. XXXVII. XXXIX.
 - definitio, Tab. XXXIX.
 - materia simplex, affectio, dignitas civilis, Tab. XL. & divisiones, Tab. XLII.
 - civis, cujus
 - forma, Respublica, Tab. XLII. & seqq.
 - affectio, Majestas, Tab. XLVIII. & seqq.
 - mutationes & causa corruptentes, Tab. L.
- 2. de *Legibus*, Tab. LI.

II. *Etymologia*. Sic appellatur, quia in eâ agitur *περὶ τῆς πόλεως*, de Civitate, vel *περὶ τῆς πολιτείας*, de Republicâ.

* He duæ Partes his etiam inter se distinguuntur modis: Prior naturam Societatum definiendo, dividendo, affectiones & similia explicando declarat; Posterior modum eas instituendi & conservandi proponit, personis societatem quamvis ingredientibus sua officia præscribit, vivendiq; normam, & agendi consilia præcipit. Illa Theoria, hæc Præxi est vicinior. Illa aptis scientiæ & certitudinis, hæc plus prudentiæ & variationis habet. Unde illa accuratius, quam hæc, tradi potest.

VI. *Modus tractandi*. Ubi, duæ inprimis confusiones (Animis, alias vulgò frequentatæ) vitari debent: nempe confusio Partis in Universali Politicâ Theoreticâ cum Practicâ, h. e. prioris cum posteriore.

1. Oeconomicam, secutus Jasonem Denores, sub Politicâ comprehendendo: nec tunc divellere, causa fuit, Domesticarum enim personarum natura in prioris Politicæ parte; officia in posteriore commodum inveniunt locum. Rem autem familiarem augendi & conservandi præcepta, que fassimis voluminibus exponi solent, ad artium systemata & disciplinas pertinentiæ ableganda sunt.

2. Civitatem à Rep. alius materiam à formâ, atq; adeo ut partem à parte, alii ut subjectum à medio distinguunt. Sed hic mirum in modum satisfacit mihi doctrina Summi Viri Herm. Conringii, illam ab hac, ut totum à parte formali, facerentis.

3. Eadem lubens assentior, leges methodi non observari ab illis, qui quicquid de domesticis personis dici potest ad civilem faciunt locum, inter inane doctrinæ Politicæ effundunt, h. e. ut ego interpretor, partem eius theoreticam cum practicâ confundunt.

Politica notetur

- I. *Descriptio*: Societas } est Status personarum confi- } unione seu ordine earum.
 II. *Oppositum*: Dissidium } stens in } unionis hujus dissolutione.
 * 1. *Qua deinceps de Societate explicabuntur membra, Dissidio quoque mutatis mutandis applicari queunt.*
 2. *Si tali Dissidio Civitatis unius secum, aut plurium inter ipsas, unio dissuatur, famosâ quadam notione Bellum, illud quidem Civile, hoc externum, vocamus. Posset aliqui bellum pro Synonymo dissidii haberi.*
 3. *Societas per se; Dissidium non nisi ex hypothesi bonum est.*
 III. *Materia simplex*, nempe personarum humanarum, ex quibus quælibet Societas conflatur: v. g. Conjugalis ex marito & uxore; Herilis ex domino & servo; Civilis ex Civibus multis.
 * *Hanc materiam simplices Societates habent solam. In compositis verò præterea reperitur materia complexa, seu composita, que est multitudine quedam societatum precedentium, sive solo numero, sive etiam specie diversarum.*
 IV. *Forma*, quæ est Ordo personarum: } Inæquales } instituitur juxta } dignitatem, ἀξίαν.
 isque si personæ sint } æquales } } numerum, ἀριθμόν.
 V. *Causa efficiens*. Natura humana. Hæc enim ad omne societatis genus & aptum hominem, & proclivem fecit.
 * 1. *Dum Naturam dico, DEUM ejus autorem non excludo, sed præsuppono in iis omnibus, que non ex vitio, sed bonitate natura procedunt.*
 2. *Neg. excludo voluntatem hominis, qui naturali ad quamlibet societatem inclinationi obsecundans arbitrio suo uti potest in eligendâ personâ unâ pluribusve, quibus se socium ad dicat. Paternam Societatem excipio, que intra natura terminos manens non eligit liberos, sed accipit à natura.*
 3. *Quia verò per lapsum corrupta in nobis est natura: hinc sequitur*
 VI. *Status duplex*: } rectus seu naturalis, } qui sequitur naturam } perfectionem & virtutem:
 } aberrans seu legalis, } } imperfectionem aut vitium.
 * 1. *Status utrumque Aristoteles distinctè considerat solum in Herili Societate, dum I. Polit. 3. & 4. inter servum & domini & ipsa distinguit: solum in Civili, ubi παραβάσεις à rectis Rebus passim fecerit.*
 2. *Ne quis autem hanc distinctionem cum illâ Juris in Naturale & Legitimum Tab. XXV. confundat, notanda sunt sequentia: Status naturalis τὸ ἀπλῶς δικαίον, rigorose observat; Legalis aut negligit plane, aut rigorem istum admittit, & τὰ ἀπλῶς δικαίον diluit. (τὸ ἀπλῶς δικαίον, ne quis erret, hoc loco illud est, quod præta personarum ex virtute; & τὰ κατά τι, quod ex divitiis, numero, aut similibus primariò metitur) Status Naturalis essentia & intellectus; Legalis existentiæ & sensus accommodatus est. Ille idealis, perfectus, & qualem optes; hic possibilis, imperfectus, sicut nunquam major, sæpe inferior. Ille invariabilis; hic variabilis. Mensura ille; hic mensuratum. Illius figuram Theoria delineat; Hunc praxis ad illius similitudinem aliquam (nam exaurationem sperare materia verat corruptio, elaborat.)
 3. *Habet hæc similitudo pariter & dissimilitudo suos gradus. Unde fit, ut Status Legalis jam laudem, jam vituperio argumentum præbeat. Cum enim similitudo vincit, comparatè rectus; Cum dissimilitudo, corruptus judicatur, salvis utrobique, sive rectitudinis comparatæ, sive corruptionis gradibus. Huc faciunt, que de gradibus virtutis & vitii, perfectione item absolutâ & comparatâ Tab. XXVII. differimus. Ex hominis enim bonitate vel malitiâ pendet ipsarum societatum quantitas, rectitudo vel corruptio.
 4. *Et quia Societatibus humanis nihil existens est a dissidio, vitandi aut definiendi dissidii causâ multa non tolerantur modò, sed consentiente quasi naturâ juris etiam cujusdam auctoritate & licentiâ munitur, quibus aliis aut nullus erât futurus locus, aut non perinde illustris.
 5. *Status Legalis seu aberrans duo præcipuè videntur esse modi simplices. Aut enim materiz, aut formæ ex parte aberratum est. Materiz, si alia persona copulensur in Societatem, quam quæ destinaverat naturæ; Formæ, si ordo personarum abeat à præscripto Natura.
 6. *Definitiones Societatum exaudienda sunt juxta Status naturalem, nisi expresse restringantur ad Status Legalem.*****

De Societatibus hominum naturalibus in genere notetur earum

- VII. *Divisio*. Societas } humana vel est } simplex sive minima, vocaturque } Conjugalis. Tab. seq.
 } } Societas domestica } Herilis. Tab. XXXV.
 } } } Paterna. Tab. XXXVI.
 } } } Composita immediatè specie & numero } medio- } Domus, Tab. XXXVII.
 } } } è Societatibus diversis } solo numero } } crisi } Vicus, Tab. XXXIX. 50
 } } } } } } } maxima, Civitas, T. XXXIX.
 * 1. *Societates domesticæ vocantur simplices, non quod omnem refugiant compositionem, (saltem enim componuntur ex personis unâ pluribus) sed quia non componuntur ex aliis societatibus.*
 2. *Societatum compositarum nomina, Domus, Vicus, & Civitas, non usurpantur hic pro continente seu loco, sed pro contento, id est, hominibus ipsis, & quidem in Societatem talem collectis. 55*
 3. *Civitas est societatum maxima non absolutè, (major enim est Societas ipsarum inter se Civitatum, e.g. fœdere aut pace sibi nexarum,) sed comparatione societatum precedentium.*
 VIII. *Differentiæ*. Singularum sex Societatum differentiæ specificæ, (per quas scilicet una simplex ab aliis simplicibus, una composita ab aliis compositis distinguitur,) partim petuntur à materiâ, seu subjecto, partim à fine. Et quoniam à fine pendet determinatio materiæ (saltem quoad conditiones certas,) methodi legibus convenientissimum fuerit, ut in finem singularum prius, quam in materiam inquiramus.
 † *Hobbesiana de Cive Philosophia præterea videtur hoc esse videretur, quod sic solertiissimi aliis ingenii Naturalis Status mensuram accipit à Legali, quod contra factum oportebat,*

TAB. XXXIV.

De Societate Nuptiali.

Societatis Nuptialis

- I. *Synonymia.* Vocatur & Societas *Conjugalis, Maritalis, Matrimonialis.* Græcè *κοινωνία γαμική.*
- II. *Definitio.* Societas Conjugalis est Societas naturalis simplex mariti & uxoris, procreandæ sobolis, & in negotio domestico auxilii gratiâ.
- III. *Finis* { *primarius,* procreatio sobolis, seu conservatio *speciei* humanæ in statu *Physico.*
secundarius, auxilium in curatione domesticâ, in educandis scil. *liberis,* regendo *famulatio,* & administrandâ *re familiarî.*
- IV. *Materia simplex,* Maritus & Uxor, ille mas, hæc fœmina, uterq; ad conjugium habiles. Sexuum discrimen in personis hujus Societatis esse oportere, *probat* firmissimè à *sine primario,* quia sine utriusq; sexûs conjunctione propagari genus humanum non potest; *quodammodo* & à *secundario,* quia in curatione domesticâ suæ utriq; sexui à naturâ partes sunt assignatæ, ut nempe in educandâ sobole vir præcipuè subeat curam *animi,* fœmina *corporis;* ille *servos,* hæc *ancillas* regat; ille *frus* *acquirendo* (est enim naturâ audacior) hæc *domi rem custodiendo* (est enim submissa) inagis officium suum impleat.
- V. *Forma seu ordo personarum.* Est quidem uxor marito causa sociæ: veruntamen tum ob dignitatem animi & corporis, tum ob operis præstantiam, vir naturâ magis imperat, quàm fœmina; imò & vir etiam fœminæ, tanquam principio passivo activum, imperat.
- VI. *Status Legalis seu* { *materia,* ut si conjugium sive utrinque, sive alterâ ex parte incatur atate effectâ.
aberrans ex parte } *forma,* ut si uxor ob divitias imperium sibi in maritum sumat.

TAB. XXXV.

De Societate Herili.

20

Societatis Herilis

- I. *Synonymia.* Vocatur Græcè *κοινωνία δεσποική,* id est, Societas *Dominica.* (riarum gratiâ.
- II. *Definitio.* Societas Herilis & Societas naturalis simplex Domini & servi, rerum ad vitam necessariorum gratiâ.
- III. *Finis,* conservatio *individui* in statu *Oeconomico,* quæ consistit in parandis rebus ad vitam tuendam necessariis. Eas Aristoteles I. Polit. I. *οικονομική* vocat.
- IV. *Materia simplex,* Dominus & Servus. Ad rem enim acquirendam ex dignitate naturæ est, ut concurrant duæ personæ, quarum una sit causa *principalis,* altera *instrumentalis.* In principali requiritur *vis ingenii prudentis* potius, quàm corporis robusti; in instrumentali contra *corpus laboribus aptum,* animi vis non major quàm quæ alienæ prudentiæ dicta possit capessere, quæque ex alio, quod pariat, concipere, sicut in procreatione sobolis fœmina concipit è viro. Talis qui est, cum Aristoteles *naturâ* servum appellat, definitque *instrumentum animatum, activum, separatum, rationis particeps, quod secundum naturam non suum ipsius, sed totum est alterius,* id est, Domini *naturâ talis.*
- V. *Forma seu ordo personarum.* Dominus, quia est causa Principalis, imperat; Servus, quia instrumentum, pareat. Quærit autem in hoc herili imperio Dominus utilitatem suam.
** Que de Domino & Servo diximus, eadem suo modo & ad Heram atq; Ancillam pertinebunt.*
- VI. *Status Legalis seu* { *materia,* ut si Dominus pariter & servus servili sint ingenio, que madmodum apud barbaros.
aberrans ex parte } *forma,* ut sæpe fit in servitute *legali,* puta, si herilis homo ingenii bello captus hebetis judicii Domino servire adigitur.
- * Nulla Societas domestica magis à legalei statum deducta est in praxi, quàm herilis: idq; factum ob eandem causam, quæ tum de ingenuis herilibus & servilibus, tum de dominis rerum subviri poterant.*
- * Servitutem naturalem dari affirmat Aristoteles. Juris negant. Respexit ille ad statum naturalem, hi ad Legalem. Est ergo tantum apparetis contradictio.*

TAB. XXXVI.

De Societate Paternâ.

Societatis Paternæ

- I. *Synonymia.* Vocatur & Societas *Patria.* Græcè *κοινωνία πατρική.* (rorum gratiâ.
- II. *Definitio.* Societas paternâ est Societas naturalis simplex parentum & liberorum, educationis Libèratorum gratiâ.
- III. *Finis.* Educatio sobolis: quæ est ejus à primâ infantia ad maturitatem tum corporis tum animi conveniens perductio.
** Hinc patet, in liberis, quòd ad statum majorem attingit; duo tantum tempora distinguenda esse: unum, ab infantia ad annos maturitatis; alterum ab his annis per reliquum vite spatium. Accidit aut quidem per omnem vitam debitam filialis obedientia: sed cum maturitatem parentum beneficio adepti sunt Liberi, causa non est, quin, egressi domo simul, & huic restrictâ societate paternâ, ipsi per se familiam novam aspiciantur.*
- IV. *Materia simplex:* parentes & liberi. Ut enim pomum naturaliter non alibi maturescit, quàm in eadem, è qua effloruit, arbore: sic ad infantum educationem nemo naturaliter nec aptior est, nec obligator, quàm ejus parentes.
** Per quæ sit: Si, etiam altero parente maritum (absenti) inter parentem superstitem (presentem) & sobolem.*
- V. *Forma seu ordo personarum.* Parentes, quia maturi sunt ætatis, imperant. Liberi, quia per ætatem, nullo aut infirmo judicio, parent. Major tamen eorum versus patrem, quàm matrem, obligatio est parendi.
- VI. *Status legalis seu* { *materia,* deprehenditur in adoptionibus.
aberrans ex parte } *forma* ostenditur in nimia parentum *indulgentiâ,* qua fit, ut nec penes ipsos imperium, nec penes liberos obsequium esse videatur. Item in nimia parentum *severitate,* si liberis utantur ut servis legalibus.

TAB. XXXVII.

De Domo, seu Familiâ.

- I. Synonymia.** Vocatur & *Familia*. Græcè οἶκος vel οἰκία.
- II. Homonymia.** *late*, pro complexione omnium personarum in domo, sive sint *causæ*, sive *effectus*. Et sic familiae partes sunt etiam Liberi.
- Domus seu Familia sumitur* **strictè**, pro complexione tantum earum personarum in domo, quæ sunt *causæ*. Et sic liberi (quoniam quæ tales, non causæ sunt, sed effectus; non cooperantur Patrifamilias ad finem, sed sunt finis ipse matrimonii juxta & patrimonii) excluduntur. Hæc significatio præcipuè est hujus loci.
- * 1. *Hic secernuntur pueri ab adultis, effectus à causis, ut paulatim elimetur hominum varietas ad civitatem. Quæ adultorum est propriè, non puerorum, causarum Beatitudinis & sufficientiæ, non effectuum. Interim à spe Beatitudinis pueri non excluduntur.* 10
2. *Ita Familiz vocabulum, ut patet è titulo de V. S. multis usurant modis. Quorum nullus accurate quadrat intentioni hujus Philosophicæ. Cavendum ergo, ne cum Bodino hoc argumentum è Jurorum stilo judicemus.*
- III. Definitio.** Domus est societas naturalis prima (*id est, immediatè composita*) è societate nuptiali & herili, usûs quotidiani gratiâ. 15
- IV. Finis.** Usus quotidianus. Habet enim Paterfamilias quotidie, quod domi curatum velit.
- complexa*: Societas Nuptialis & Herilis conjuncta, quarum illa Patrifam. cum uxore, hæc cum servo intercedit. *Probatur à fine dicto*: quem Paterfam. obtinet mediantibus personis, sibi per modum causarum adjunctis, uxore nempe, & servo.
- V. Materia** *simplex*: persona societatem nuptialem & herilem ingredienti, quæ sunt Paterfam. Uxor, Servus. *Unde patet*, hæc tres personas minimùm constituendæ familiæ sufficere. Vocantur autem, quatenus in Domum collectæ sunt, *Domestici*. Quæ vox etiam suo modo ad Liberos extendi potest. U-20
- VI. Forma seu ordo Personarum**; Similis est *Monarchiæ*. Unus enim Paterfamilias imperat; reliqui domestici subsunt: magis tamen servus, (cujus conditionem ob intellectûs imbecillitatem sequuntur hic & Liberi) quàm Uxor. Quia Uxor est causa patrifam, certo modo *coordinata*, servus tantum *subordinata*. Itaque & illa quadantenus particeps est imperii domestici. Conf. Tab. XXV. membr. 4. 25
- * 1. *Personas domesticas Libertas præcipuè & Servitus distinguit. Ac Servitus quidem hæud dubie servorum est. Ceteri Libertate gaudent aliqua. Sed maximâ Paterfamilias; mediocris Materfamilias; minimâ (ob atatem) Filiusfamilias. Et propter solius Patrifam. Libertas absoluta est; Uxoris vero & filii cum aliqua servitutis imagine permixta.* 30
2. *Patrifamilias ab aliâ tribuo Libertatem. Talem enim hic animo complector, qualem Natura postulat, ingenio scilicet. Illi nem, ut & domesticos (nos subditos rectè gubernare, & rem familiarem assiliter tractare queat. Quæ virtus omnino digna est Libertate, quantum in domo cogitari potest maxima. Quæ absoluitur partim potestate in personas (in Uxorem conjugatis, in Servum Herili, in Filium Paternâ,) partim Dominio rerum domesticarum. Unus quippe Paterfam. Uxori maritus, Filio Pater, Servo & Opibus Dominus est.* 35
3. *Imò & egressa domo hæc libertas complectitur potestatem seu jus cum aliis Patribus, am. contrahendi affinitatem, paciscendi, emendi, vendendi, &c.*
4. *Hæc ergo Libertas domestica summa est potestas, sed in domo, non in civitate. Summa in Civitate Potestas, ut sub loco videbimus, Major vocatur, potestq; etiam appellari Libertas Civilis, ut ab hæc scilicet Libertate domestica, quæ imò & personalem mancipant quidam, distinguitur.* 40
5. *Potest autem Libertas omnis, perinde ut servitus, non modo juxta statum naturalem, sed & legalem expendi.*
- VII. Status legalis, seu aberrans.** Colligi potest è Tabulis præcedentibus. Juvat tamen hic ponere exemplum peculiare aberrationis ex parte formæ: si scilicet ob imbecillitatem Patrifam. personæ domesticæ omnes relinquuntur plenæ libertati seu licentiæ, quod velint, agendi. 45

Domus notetur

TAB. XXXVIII.

De Vico seu pago.

- I. Synonymia.** Vocatur & *Vicinia, Vicinitas, Pagus*. Græcè κοινὴ
- II. Definitio.** Vicus est Societas naturalis prima (*i.e. immediatè composita*) è pluribus familiis, usûs non quotidiani gratiâ. 50
- III. Finis.** Usus non quotidianus. Evenit enim, licet non quotidie, ut Patrifam. sepes erigendâ, fur, aut lupus arcendus sit; & si qui sunt casus similes, quibus procurandis ipse eum familiâ solus non sufficit.
- complexa*: Familiæ plures, numero indefinito, quantus ad istos usus sufficit.
- IV. Materia** *simplex*: Persona familiarum plurium: Quæ quatenus collectæ sunt in vicum, vocantur. 55
- Vicini.*
- V. Divisio.** Vicus *primæ* formæ, constans *cognatis*, quarum unius reliquæ omnes sunt coloniæ. *est vel secundæ* ex familiis *matricæ* familiæ destitutis, aut planè non cognatis.
- VI. Forma seu Ordo Personarum**, in Vico *primæ formæ similis* *Monarchiæ*, quia *habet* familiam matricem. *secundæ formæ dissimilis* *non habet*
- VII. Status legalis seu aberrans** *materia*: ut si viciniam faciant fullones eum carbonariis, *forma*: ut si in pago primæ formæ familiæ matrici debitum obsequium dene- 60
- gent cætera.*

Vici notetur

Civi-

I. Synonymia. Vocatur græcè πόλις, latinè interdum *Respublica* per synecdochen formæ pro formato. * Libus & oppidum synonyma civitatis sunt tantum, cum locus continens significatur. Quam significationem jam supra Tab. XXXIII. membr. 5. annot. 2. exclusimus.

II. Homonymia. Civitas } partialiter, pro parte tantum integrali Societatis civilis perfectæ, oppido uno
sumitur interdum } comprehensâ, qualis e. g. Civitas Lipsiensis.
} totaliter, pro totâ Societate civili perfectâ, multis sæpè oppidis comprehensâ. Et ita h. l.

III. Definitio: Civitas est Societas naturalis immediate composita è pluribus vicis, omnis sufficienti-
tix, ipsiusq; adeò Beatitudinis gratiâ. *Brevius*: Civitas est Societas naturalis omnium perfectis-
sima.

IV. Efficiens. Natura. Homo est animal naturâ civile, h. e. vi suæ naturæ i. appetens Societatis civilis, ei-
que 2. per naturam destinatum atque aptum. *Probatum primum à fine*: Homo naturaliter appetit
Beatitudinem, E. & illam Societatem, cujus Beatitudo finis est. *Posterius à materiâ*: Homo natu-
raliter aptus est ad Societatem domesticam, E. & ad Societates reliquas, & maximam in primis,
quæ præcedentium Societatum ultimum quasi incrementum est.

* 1. Naturam hominis hic intellige, quâ parte illa est. Quatenus enim depravata, non mirum, si in
bellum, h. e. civilis Societatis interuersionem, proclivem deprehendimus.

2. Ad hanc depravationem etiam referre licet: ad Naturam certè, prout ea distingui solet à Ratione, quod VIII. Nic. 12. scribitur hominem naturâ esse συνδυαστικόν magis quam πολιτικόν, id est, nuptia-
lis Societatis appetentiorum, quam civilis. Nempe corrupta indolis major est libidinis cura, quam
veræ Beatitudinis.

3. Rursus ad laudem nostram pertinet, quod omni ape, omniq; animali congregabili civilior esse natu-
ra nostra predicatur I. Polit. 2. nimirum, quia linguam nobis dedit, non jucundi tantum & molesti,
sed commodi & damni, quodq; maximum hic est, bonorum ac turpium interpretem.

V. Finis } ultimus, ὁ ἀκαμωβία, i. e. vera Beatitudo civilis, non uni homini, sed toti populo insinuanda. 25
} subordinatus, ἀποχρησία, id est, bonorum ac præsidiorum externorum sufficientia: ut ic. pau-
lo elegantius, quam in pago vivamus, nec furunculum modò nocturnum, sed & validam
latronum manum arcere queamus.

* 1. Fines isti nondum obtinentur à pago. Non prior, quia ut vicin vicinum ex v'ro malo bonum reddat,
nullâ vicin, quâ talis, conventionione comprehenditur. Non posterior, ob unum pagum nondum justam πο-
λιτικὴν ἀποχρησίαν. E. natura ipsa perfectiorem adhuc societatem desiderat. Et hæc est Civitas.

2. Et quia rebus humanis Beatitudine civili præstantior finis ac superior cogitari non potest: ideo Civitas
Societatum omnium est perfectissima.

Complexa, Vici plures numero indefinito, quantus ad dictos fines sufficiat.

* Plures familie, quam pro uno vico, requiruntur, ad priorem finem, quia sine justâ multi-
tudine nec magistratus varii, quos in primis decet esse prudentes & eruditos, nam & ju-
ventutis formatores referendi huc sunt, commode haberi, nec legibus vis coercitiva firmi-
ter conciliari potest: ad posteriorem, quia præter agricolas, qui pago utuntur, sufficiunt, o-
portet esse Mercatores, opifices, milites.

VI. Ma-
teria

Simplex, ipsi Patresfamilias, qui quatenus collecti sunt in Civitatem, vocantur Cives. Est
que adeò civis pars civitatis simplicissima.

* 1. Eadem hic iure lege non secundum quid, sed simpliciter ita dicitur. Cujus requisita è V. Nic. 6. colligi duo possunt:
unum, ut sit persona libera (non enim è liberis & servis simul, ut domus, sed è solis liberis tanquam partibus, ut
ita loquar, ut libus, componitur civitas:) alterum, ut se ceteris præbeat socium ad justam ἀποχρησίαν & conse-
quenter Beatitudinem civitatis.

2. Prior conditio existenter inest patrifamilias. 2. rursus partem civitatis simpliciter dictarum censu submoventur
hic femine & servi, sicut è partium familia simpliciter dictarum censu jam Tab. XXXVII. membr. 2. annot. 1.
submoventur pueros.

3. Posterioris autem conditionis defectu submoventur Peregrini & Incola (nudi) h. e. liberi homines: qui in civi-
tate degunt quidem, aut in eâ familiam alunt vitam, sed cum ceteris ejus membris ad communem Beatitudinem
aut ἀποχρησίαν non plene conspirant.

4. Possunt interim matresfamilias, peregrini & incola appellari cives secundum quid, si non aliam ob causam, sed
saltem libertatis, quæ habet: ut contemplatione.

5. Simpliciter dictus civis definitur persona, quæ cum ceteris in civitate communem habet consultandi, judicandiq;
potestatem, III. Polit. 1. Ubi neminem offendat, quod hic solus popularis Re. p. civis definitus esse videtur. Est enim
Civis, cum in Monarchicum, Oligarchicum, & Democraticum dividitur, analogum genus, cujus in Natura natura-
li possimum analogatum est Civis Democraticus.

6. Affectio Civium est dignitas Civilis, de qua Tab. seq. XL.

7. Divisiones autem Civium exhibebit Tab. XLI.

VII. Forma seu ordo personarum in hæc Societate, vocatur Respublica, de qua Tab. XLII.

VIII. Status legalis seu materia, ut si è meris servis, quemadmodum apud barbaras nationes, civitas con-
aberrans ex parte } gregetur.
} forma intelligitur è doctrinâ de Rebus, aberrantibus seu corruptis:

Civitatis consideretur

I. *Synonymia.* Vocatus ab Aristotēle ἀξία, subaudi πολιτική. Grotii stilo diceret *aptitudinem* civilem.
 II. *Definitio:* Dignitas Civilis est mensura, juxta quam cives in jure magistratūs ad eundem æquales inter se, vel inæquales æstimantur.

III. *Objectum,* seu *Terminus* (possis & *Effectum* appellare) est Magistratus. Cujus

- 1. *Homonymia.* Magistratus } *concreti* pro persona habente imperium.
 sumitur per modum } *abstracti* pro imperio ipso. Ita sumemus hoc loco.
 * *Quale verò sit hoc imperium, sequentia dabunt. Ubi securus est Peripateticus de acceptione horum vocabulorum in Imperio olim Romano, aut apud Grecos.*
- 2. *Synonymia.* Vocatur & Imperium, Honor, Curatio. Græcè ἀρχή, τιμή, Ἰπμέλεια.
 * *Latius tamen interdum τῆς τιμῆς, & magis insuper τῆς Ἰπμέλειας vocabulum patet.*
- 3. *Distinctio vocis.* Magistratus } *Domesticum* } *Maritale.*
 seu Imperium est vel } *Herile, δέχη δεωστική.*
 } *Civile, δέχη πολιτική.* Et hoc est hujus loci.
- 4. *Definitio:* Et definitur III. Pol. 3. imperium in homines similes genere (sen sexu, hinc distinguitur à maritali,) & libero (hinc ab herili.)
 * *Alia Definitio, sed ab enumeratione exercitiorum magistratuum & in concreto, habetur IV. Pol. 15. Magistratūs sunt, quibus & consultandi de quibusdam, & judicandi, & præcipiendi, atque hoc quidem maxime, collata est facultas.*
- 5. *Divisiones:* sunt variae: præcipuæ verò tres. Dividitur enim Magistratus

Dignitatis Civilis notetur

- (1.) à gradibus in } *supremum seu summum: δέχη κυρία πάντων.* Hæc est ipsa Majestas. 20
 De quâ suo loco.
 } *subordinatum seu inferiorem.*
- (2.) ab exercitiis in } *præcipientem* } *Ἰπμέλικήν:*
 } *consultantem* } *δέχην* } *Ευλυπτικήν:* 25
 } *judicantem* } *κρητικήν.*
 * 1. *Ex his generibus præcipientis κατ' ἴσους vocatur Magistratus, (confer definitionem ab exercitiis.) Unde juxta hunc sensum tres Resp. partes esse dicuntur: Senatus (τὸ βουλευτικόν) Magistratus (αὐτοκρατορία) & Judicia (τὸ δικαστικόν.)*
 2. *Distinctio etiam gratiæ consultantis & judicantis dicuntur fungi magistratu indefinito, (ἀρχὴ ἀπειροπράξια) præcipientes verò definito (ἀρχὴ ἀριστοκρατική.)*
 3. *Definitio magistratūs ab objecto subdividi possunt in varia genera, quæ licet à IV. Polit. 15. & VI. 8. petere. Hic illud tantum monere opera præcipientis est, alios eorum artis & experientia plurimorum (ut bellicos,) alios parum aut prope nihil postulare.*
- (3.) à finibus civitatis in } *diffidentiam & esse* } *Civitatis.* 35
 eum qui facit ad } *Beatitudinem & bene esse*
- * 1. *Perquam similis huic est distinctio VI. Pol. 8. in ἀρχὴς ἀνομιμας, magistratūs necessarios, & τὰς κρείττους ταξίαν καὶ πόρον, qui ab bonitate ordinis & ornatum conferunt. Quo posteriori genere comprehendit etiam Philosophus curam ludorum, atq; adeo oblectationis honestæ.*
 2. *Non autem dubium est, juxta ad Beatitudinem Civilem vel imprimis faciant Magistratūs Scholastici, 40*
 3. *Æternæ verò Beatitudinis procuratio ad personas sacras seu (ut in Christianis Rebusp. vocamus) Ecclesiasticas pertinet. Quia verò seulare Regimen à Ecclesiastico decet esse distinctum: adeo Aristoteles ipse IV. Polit. 15. sacerdotalem ordinem discrete à Magistratibus Cæcilibus fecerunt.*
- 6. *Modus acquirendi* } *Electio* } *quæ determinatio personæ voluntati humanæ* } *committitur:*
 duplex, per } *Sortitionem* } *eximitur.* 45
- * 1. *Acquiritur etiam Imperium Jure Belli. Sed hic eos tantum modos exhibeo, qui non sunt violenti.*
 2. *Ad sortitionem reducenda quoq; est successio, quæ fit jure natalium, seu sorte nascendi.*
 3. *Si determinantium civium justitiam cum determinandorum modestiâ conjunctam præsupponas, aptior est Electio; sin contra horum ambitionem, illorum injustitiam aut ignorantiam, Sortitio. 50*
Atque his nominibus Statui naturali Electio, Legali sortitio accommodatior est.
 4. *Facit tamen etiam locum ut Electio inæqualitas, sic Sortitio æqualitas civium.*
 5. *Electio ex parte tum eligentium, tum eligendorum dividitur in liberam & restrictam.*
 6. *Si multitudinem prius restringat Electio, (Sors) ultimo determinandam sorte, (Electione,) modus uterque misceri dicitur. 55*
- 7. *Modus administrandi* } *ex legibus præscriptis, ut valeat in Rep. restricta.*
 duplex, } *siue* } *voluntas imperantium* } *sibi relicta.*
- * *Hi duo modi in Statu naturali (ubi voluntas imperantium paria semper cum lege facit) in unum coeunt; distincti sunt tantum in legali, ubi hominem sibi relinquere summi respectu habetur. Itaq; hic prior modus, in Monarchiâ præsertim, antefertur posteriori: qui alias Remp. extreme corruptam arguit. 60*

IV. *Divisio.* Dignitas civilis } *Naturali, & est* } *Virtus, Ἀρετή.*
 aut attenditur in Rep. } *Legali, estq; vicis-* } *Eminens, magis-* } *inchoandi, Διείκτα, Πάθος.*
 Statu } *sim vel* } *stratum* } *continuandi, Nobilitas, Ευγένεια.*
 } *Communis, personalis Libertas, Ελευθερία.*

- * *Harum 4. Dignitatum uberiorē explanationem quare Tab. seq. sub membr. I.*
- I. *In Statu Naturali cives ex virtute alibi æquales, alibi inæquales cogitari possunt.*
- II. *In Statu Legali ubique cives æquales facit Libertas personalis; inæquales Divitiæ & Nobilitas.*
- III. *Equalibus* } *in dignitate tribuenda sunt* } *æqualia*
- IV. *Inæqualibus* } *inæqualia* } *in honore.*

1. à dignitate Civili in } Optimates, γῶραι- } sub qui- } Virtute præditi, { Divites. { Nobiles, εὐγενεῖς.
 Plebejos, δῆμιον, } bus } -- } -- } Pauperes. { Ignobiles, ἀγενεῖς.

- * 1. Libertas personalis quoniam in omni Statu aff. Civium est unita, non præbet fundamentum eos dividendi ut Dignitates ceteræ, Virtus, Divitiæ, Nobilitas, quæ sunt affectiones disjunctæ.
2. Intelligitur autem hic VIRTUTIS nomine Prudentia Civilis, h. e. habitus Magistratum aliquem civilem recte gerendi: potestq; iisdem modis dividi, quib; Tab. præcedente divisus est Magistrat; 9. Primo enim ad summum Magistratum apta erit Civis Prudentia perfecta & absoluta; ad inferiorem vero Prudentia certis tantum generis; ut ad bellicum bellica, ad literarij literaria, id est, Eruditio, quam πᾶδείαν vocare in Politicis amat Aristoteles. Secundo alteri Magistratus divisioni inseriet quodammodo divisio Prudentia è Tab. XXIX. in νομοθετικῆν, ἐλευθερικῆν & δικαστικῆν: nisi quod non à quolibet præcipiente Magistratu, sed ab eo tantum, qui summum tenet imperium, flagitatur Prudentia νομοθετικῆν, cum hac videatur ejus, quam modo absolutam diximus, esse pars præcipua. Substituatur ergo vox Prudentiæ Πρωταρχικῆς. Et hanc tantò minorem esse sufficit, quanto minus experientiæ ad manus aliquod exigitur. Tertio alterius generis Prudentia ad ἀποσκευαστικῆν, alterius ad ἐπιδαμνοτικῆν adjuvandam opus est.
3. Ad DIVITIAS quod attinet, partes earum I. Rhet. 3. recensentur, nummi, amplitudo regionis, agrorum possessio, suppellex, pecora, mancipia.
4. Ad Virtutem & Divitias revocari etiam possunt Beneficentia & Potentia (ἐπιεικεία, καὶ δύναμις), V. Polit. 10. Dignitatibus civilibus annumerata. Ut enim possis benefacere, Divitiæ præstant; Virtus, ut etiam velis.
5. Quod si ergo Beneficiorum aut Potentiæ contemplatione deferatur alicui imperium, placeatque, ut idem in familiam transeat, & hereditarium fiat, NOBILITAS nascitur, quam generis vocamus: eaq; duplex. Quam enim Beneficia peperunt, ex Virtute; quam Potentia, è Divitiis magis esse censetur. His duobus Nobilitatis generibus tertium, si placet, adijce, ex utroque simpliciter compositum. Quamquam autem omnis ex Nobilitate dignitas ad legalem pertinet statum, quia non necessariam habet cum virtute propriam connexionem: naturali tamen vicinior est, cujus origo penes virtutem, quam cujus penes divitias stetit.
6. Enimvero ex omnibus dignitatibus Civilibus Virtus propria juxta præscriptum Justitiæ distributive ἀπλῶς meretur Imperium Civile; reliqua κατὰ τὴν. Illa enim Beatitudinem Civitati per se conciliat; hæc cooperantur tantum aut rationem habent cause sine qua non, vel ornamenta, magisq; secundarium civitatis finem, quam primum attingunt. Itaq; virtutem in Naturali; Divitias, Nobilitatem, Libertatem in Legali statu attendi diximus. Licebit; adeo virtutis præditos simpliciter Optimates vocare; Divites ac Nobiles Optimates secundum quid.
7. Optimates voco, quos Aristoteles græcè γῶραιμοι. Nobilitatis enim vocabulum Tab. præcedente jam occupavit οἱ ἄριστοι. Ac servabo has notiones, vitande ambiguitatis causa, in posterum quoq;.
8. Jam ut secundum quid Optimatib; hoc vitii solet adherere, ut se simpliciter superiores seu inæquales esse falso existimant: ita Plebejis, ut (ob Libertatem personalem & proportionem arithmeticam) ceteris simpliciter pares seu æquales perperam sibi videantur. Atque illis fere honorum; his rei familiaris major appetentia est. Et quoniam simpliciter, Optimates amore virtutis malant jure suo, quod optimum habent, cedere, quam disfidis Remp. lacerare: inde fit, ut his quiescentib; omne de Imperio certamen intra factiones hinc Divitum, inde Pauperum, vertatur.
9. Opponunt ergo in hoc Legali Statu Divites & Nobiles factioni adverse Eminentiam suam, & ob hæc inæqualitatem sibi solis imperium deberi disputant. Enimvero Divites hoc ipso, quoniam divites & late agrorum domini sunt, non modo plus contribuunt ad ἀποσκευαστικῆν, sed & in majorem veniunt opinionem amoris in Remp. & Justitiæ, siquidem & ipsorum magis interest servari Remp. & causa, cur aliis suum eripiant, abest. Est & Nobilium prætextus speciosus. Sive enim hanc dignitatem illis Divitiæ Majorum conciliant, equum videtur, ut juri semel præditi alligatum ad prædiorum quoque transeat heredes; sive Virtus eorum ac Beneficentia, filiis etiam parentum: merita imputare jubet Gratiitudo. Accedit, quod & proborum filios verosimile est proba indolentia esse, & opulentorum ad optima quoq; felicitas à teneris educari potuisse.
10. Diversa è parte Pauperum Ignobiliumq; causam communis orat Libertas, & æqualitatis jactatione Divitibus & Nobilibus equiparare ipsos fas esse contendit. Etenim, ut curam salutis publicæ, sic imperia civibus universis commune esse debere: illud in primis, quod deliberando constet atq; judicando: plus oculos videre, quam oculum: nec omnibus modis inferiores esse, qui fini numero certè superiores: nam & salutem publicam è plurium potius, quam pauciorum commodis estimandam videri.
11. Quænam admodum igitur, si Divitiis & Nobilitate civilis mensuretur dignitas, ad Optimates in his generibus per contra imperium necesse est: ita successim si mensuræ loco substituatur Libertas personalis, quoniam, ea civis omnes inter se æquat, nec tamen per se efficit, ut simpliciter sint pares: jus tandem à dignitate ad numerum; à Geometrica proportione ad Arithmeticam, à qualitate civilium ad quantitatem & multitudinem, quodq; inde sequitur, à melioribus ad deteriores, (horum enim seges ubiq; major,) hoc est, ab Optimatibus ad Plebejos deduci contingit.
12. Ab his amulationibus minus est periculum ea civitate, in quâ hinc Optimates, illinc plebeji numero vincuntur à tertio quodam & inter se civium genere, quod opulentia, & nobilitate sit mediocre. Mirus vocat Aristoteles.

Dividuntur Cives

II. ab effectu dignitatis civilis in Imperantes, seu Magistratum, (voce per modum concreti acceptâ) Summum, Subordinatum.
 * Subordinati magistratus sunt simul comparatè subditi.
 Parentes seu subditos, absolute dictos; omni imperio carentes.

1. Imperantes vocantur & persona publicæ, subditi privatæ.
 2. Penes imperantes est Libertas Civilis, (cujus quidem exercitium ad subordinatos, possessio ipsa ad summos Magistratus pervenit; penes subditos verò Servitus Civilis: manente interim penes utrosque Libertate personali.
 3. Supremi Magistratus imperium, ad alios subditorum mediatè, ad alios immediatè extenditur.
 4. Magistratus alii perpetui sunt, alii temporarii seu ambulatorii. In ambulatoriis fit, ut eadem persona per vices nunc imperet, nunc pareat.
- Plura de Imperantibus & subditiis ultro intelliguntur è Tractatu de Majestate.

III. a formis Rerump. in cives Reip. vel rectè, vel aberrantès, & sic demerps. Quod ipsum quoque ultro intelligitur è Rerump. divisionibus. Quot enim modis Reip. totidem & Civis dividi potest.

IV. à relatione ad totam Civitatem. Quæ, quia similis est animati, dividi potest in partes

formales, quæ Remp. administrant	inter cives	in templo, Sacerdotes.	20
		in foro { Senatores. Magistratus (strictè dicti.) Judices.	
adversus hostem, Milites.			
materiales. Et hæc rursus subdividuntur ex variis vivendi generibus in Agricolas, Opifices, Mercatores, Mercenarios, & qui his sunt cognat.			25

1. Aristoteles in optimâ suâ Rep. Civis simpliciter dictos querit tantum in parte civitatis formali, usq. omnia Reip. munera permittit, sed etate dispari, militarem videlicet administrationem Juvenibus, Viris forenses, Senibus sacram.
2. Ex generibus vivendi non cives tantum, sed certo modo populi ipsi dividi possunt. Alibi scilicet maxima pars populi vivit ex agriculturâ alibi ex opificiis, & ita porro. Quoniam autem & hæc populorum divisio conducit ad intelligenda suis locis Rerump. quedam discrimina; juvabit etiam huic loco, a quo non plane aliena est, attexere:

Populi pars maxima aut vivit artibus	Pacis, adæque constat præcipue ex	Agricolis. Quibus affine est Pastorium vitæ genus.	1.
		Opificibus.	2.
		Mercatoribus.	3. 35
		Mercenariis.	4.
Belli, ex militiâ	terrestri, præcipue ex	adeoque constat Equitibus.	1.
		Peditibus ar- gravis.	2.
		matura levis.	3.
		navali, Militibus classariis.	4. 40

3. Inter causas horum discriminum non minima est ipsa Regionum diversitas. Fertilis enim terra facilius Agricolam alit, aut Pastorem; Sterilis civem cogit opere manuario, aut mercibus aliunde advehendis victum quarere. Sic regio campestris & plana opportunior Equitibus est, montosa & confragosa, Peditibus. Quod si maris accola sit populus, novum se ex Aristotele multitudinis descriptio aperit hæc:

Populi enim maritimi maxima pars aut exercet	1. militiam 2. mercatoriam 3. portitoriam 4. piscatoriam	} navalem.	

V. a relatione ad beatitudinem Civitatis

} æternam & temporalem	} in personas	sacras seu religiosas	50
		& profanas, seu politicas.	

* In Christianorum Rebus, vocantur Clerici & Laici.

VI. à relatione ad patriam in Indigenas Avenas qui sunt cives Reip. in quâ nati sunt, non sunt. 55

I. *Homonymia*. Resp. sumitur

1. pro toto composito, id est Civitate. Et ita h. l. *partie formali hujus compositi.* * *Pro tota composito sumit & Bodinus, sed se diversos ejus textus inter se componit, sensu plane monstrato, ac prope inexplicabil.*

2. late, ut Monarchiam comprehendat. Et ita h. l. *strictè, ut Monarchiæ contradistingatur: ut cum in sermone populari Galliam Regnum esse, non Republicam, dicimus.*

II. *Synonymia*. Quandoque vocatur Imperium: item Status, vel forma Civitatis, aut Reip. Græcè πολιτεία. Quæ vox apud Aristotelem, interdum stricto sensu solum popularem formam eamque rectam designat.

III. *Definitio*. Republica est ordo civitatis tum aliorum Magistratum, tum præcipue, qui summam habet potestatem; H. Pol. 4. *Id inquit hæc definitio, Resp. esse ordinem non modo imperantium & subditorum; sed etiam, quoniam hic inter ipsos imperantis subordinatio est quedam, magistratus supremi & inferiorum.*

IV. *Termini ordinis* Personales: Imperantes & subditi. Reales: Majestas & Subditio. (de quibus cognoscetur ex Tab. XLVIII.)

V. *Divisiones*. Dividitur Republica secundum modos. *essendi, in rectam & aberrantem, 2. in Statum popularem, Optimatum, & Unius.* Harum Divisionum notanda:

(1.) *Delineatio*: Respublica recta vel corrupta

Respublica	est	}	Politia, ubi penes populum	}	est summa potestas, ita ut hæc potestate præditos primario teneat cura Boni privati.
			Aristocratiâ, ubi penes optimates		
			Regnum, ubi penes unum		
			Democratia, ubi penes pauperes		
			Oligarchia, ubi penes divites		
vel est Tyrannia, ubi penes unum					

* 1. *Complicata hic sunt duæ Rerump. divisiones.* Prior à formis moralibus in rectam, quæ statum naturalem, & aberrantem, quæ legalem representat: posterior à numero imperantium, (numericas formas appellare liceat in posterum) in Monarchiam, Aristocratiâ, seu (quod hic perinde est) Oligarchiam & Democratiam.

2. Aristocratiæ, Oligarchiæ, & Democratia vocabula jam late, jam strictè capiuntur. Late cum à moralitate abstrahunt; strictè, cum eandem implicant. Late usurpavimus annot. præcedente: strictè in Delineatione ipsâ.

3. Præter numericas tres formas Josephus quartam Græcè πολιτεία in exemplo Reip. Judaicæ considerat lib. II. contra Apion. Sed nos humanas, non divinas Resp. animo concipimus.

(2.) *Theorematâ.*

1. Juxta statum naturalem perfectum divisio moralis est tantum, non distinctio æquivoca. Merito ergo eam in Theoria nostrâ cū Aristotele præmissimus.

2. Numerica verò fit in species analogas. Quarum potissima est Resp. popularis, in quâ scilicet omnes civēs virtute imperatoriâ sunt præditi. Quis enim dubitet, hanc formam esse perfectiorem, quam ubi pauci, vel unus duntaxat, imperio digni reperiantur? Quare & κατ' ἐξοχήν vocatur πολιτεία.

3. At juxta legalem statum moralis divisio accidentalis, numerica verò essentialis habetur.

4. Et hic optima formarum est Monarchia. Quia facilius inter se dissident multi, quam unus a se ipso.

5. In utroq; Statu Democratia fundamentum est dignitas aliqua communis cum Regulâ, quæ æqualibus æqualia tribui postulat; Monarchiæ verò & Aristocratiæ dignitas eminens cum Regulâ: inæqualibus inæqualia tribui debere. Juxta hæc si quis numericam divisionem per dichotomiam exequi velit, sic progredietur: Imperium aut asseritur ab omnibus, ut in Democratia; aut à non omnibus, ut in Aristocratiâ & Monarchia. Vulgaris dichotomia, quæ Aristocratiâ à Monarchia avulsam cum Democratia compingit, aliam sequitur hypothesin.

6. In rectis Rebus, Φιλανθία recta; in aberrantibus Φιλανθία perversa imperantibus imperat. (tantum privata per se queritur.

7. Ideo in rectis εὐδαιμονία publica; in aberrantibus αὐτάρκεια imperantibus imperat.

8. Et illic subditi ab imperantibus diliguntur amore amicitia; hic amore concupiscentia. (Tab. seq.

existendi in gradibus. Unde Resp. dicitur esse vel simplex vel mixta. De quâ Divisione rectarum possibilium cum Regni cum Tyrannide, Tab. XLIV, corruptis, videlicet Aristocratiâ cum Oligarchiâ, Tab. XLV. Politia cum Democratia, Tab. XLVI. cum societatibus personarum domesticarum; Tab. XLVII.

VI. *Comparatio Rerump.*

Circâ doctrinam de Republicâ notetur

* Machiavellista (Monarchomachi) sic disputant, quasi omnes Republica debent esse aberrantes, (populares) Tollunt ergo illi Rerump. divisionem moralem; hi numericam, nisi id facere noluerint. Secun-

I. *Delinatio.* A gradibus existendi est, ut Resp. dividi possit in *simplicem & mixtam*. Quæ divisio cum tam moralibus, quam numericis formis applicari queat, idque diversimodè, magnæ ambiguitati obnoxia est. A quâ liberari melius non potest, quàm si varii *miscendi* Remp: modi declarentur. Intelligitur ergò fieri mixtio vel penes

1. *dignitates civiles.* Et sic Resp. simplex (*mixta*) vocatur, cum in conferendo magistratu, præcipuè summo, attenditur unum modò (*non unum modo*) dignitatis civilis genus. Et hoc sensu mixta iterum bifariam dicitur. Aut enim miscetur dignitas

naturalis cum legali } Et hanc mixturam } 1. }
legalis emittens cum communi } 2. }
 1. *moralè* } dignitatè. } 10
 2. *numericâ* }

* *Ubi magistratus hereditarii sunt, ibi Nobilitas maxime attendi dicitur.*

2. *formam, & modum administrandi.* Qui iudicatur vel *legum.* Et tum Resp. simplex (*mixta*) vocatur, cum à summo magistratu imperatur sine (*ex*) præscriptis legibus. Et hanc mixturam 3.

forma internæ & externæ. Et tum Respublica simplex (*mixta*) vocatur, cum forma interna Reip. congruit (*non congruit*) cum externâ. Verùm est hic ambiguitas in vocabulo formæ. Quæ intelligi potest vel

moralis. Atque sic Reip. simplicis exemplum est in *Tyrannide manifesta, mixtæ in occulta.* Nos huiusmodi mixturam 4. *numerica.* Atque hoc sensu Resp. *mixta* illa est, quàm vulgò significant, cum ajunt, aliam esse Reip. *formam, quam administrandi modum* (his te. vocabulis strictè acceptis:) *Uti s. g. forma sit aristocratica, modus administrandi monarchicus.* Nos hanc mixturam 5.

3. *formam & formam.* Ubi similiter intelligi potest vel forma *moralis.* Et tùm Resp. simplex (*mixta*) vocatur, quæ absolutè (*comparatè*) est recta vel aberrans. Nos hanc mixturam 6.

numerica. Et tùm Resp. simplex (*mixta*) vocatur, in quâ majestas penes imperantes est indivisim, (*divisim: puta e. g. si partem Majestatis habeat unus, partem Optimates, partem plebs.* Quo in casu ex omnibus tribus formis specie dicebitur mixta dicitur Resp. Quonquam & è pluribus solo numero distinctis formis mixtio fieri potest.) Nos hanc mixturam 7.

* *Juxta hunc ultimum mixtura sensum, qui hodie maxime celebris est in scholis Politicorum, negant quidam dari posse Remp. mixtam. Quorum præcipua ratio est, quod disputant, Majestatem dari realiter non posse. Sed posse, planum fiet in doctrinâ de Majestate. E quâ huic famose mixtura generi plenior lux speranda est.*

1. Absolutè recta Resp. extrâ ideam, positâ humani generis corruptione, dari non potest; absolutè corruptæ dari possunt.

2. Et hæ sunt exleges illæ, omni scil. mixturâ pacti carentes. *Quarum tanta est corruptio, ut vix mereantur salvari Respublica. Faciunt enim è subditis, personali etiam libertate (cui alias per pacta & leges administrandi caveri solet) exutis, mera imperantium mancipia. Ideo Aristoteles eas appellavit δεσποτείας, h. e. imperia non civilia, sed herilia, quæ nimirum in servos essent, non in liberos, quæ obtruderentur invitis, non accerferentur à volentibus.*

3. Præter has ergò δεσποτείας, quæ in hoc orbe reperiuntur, Resp. omnes moralem habent formæ mixturam. *Vocariq. adeo possunt, quæ ab ideâ propius absunt, comparatè rectæ, quæ longius, comparatè aberrantes. De quibusdam tamen dubites, in utram classem sint potius referendæ. Hinc Aristotelem videmus Monarchias Barbaricam & Æsymneticam jam Regnis accensuisse III. Pol. 10. & 11. jam Tyrannidibus, IV. Pol. 10. 60*

4. A formâ externâ ad internam non valet consequentia.

5. Ergò nec à mixturâ modi ad mixturam formæ. *Potest enim, ut alia taceam, & moralis & numerica modi mixtura procuratâ esse per sophisma, ut vocant, politicum.*

6. A mixturâ morali (*numericâ*) dignitatum ad mixturam moralem (*numericam*) formæ valet consequentia. *Utiq. dicuntur & libertatem misceri idem est apud Aristotelem, ac misceri Oligarchiam & Democratiam, IV. Polit. 8.*

† *Pramittenda fuit hæc de gradibus Rerump. doctrina, ut sine quâ Rerump. subdivisiones Tab. seqq. exhibendæ, & ad solam existentiam respicientes, intelligi commode non possunt.*

Secundum existentiam dividitur Resp. in gradus. Quorum notanda

II. Theoremata.

TAB. XLIV.

De Regno & Tyrannide.

Regnum & Tyrannis } conveniunt } I. *Appellatione generalis.* Vocatur enim uterque Status *Monarchia*,
 } II. *Quantitate seu numero imperantium.* Utrobique enim *unus* imperat.
 } III. *Qualitate seu dignitate civili imperantium.* } Regno est *virtus*.
 } Quæ in } Tyrannide sunt *divitiæ*, vel *potentiâ*.
 differunt } II. *Fine primario, quem intendunt Imperantes.* } Regno } est Bonum } *publicum*.
 } Is in } Tyrannide } est Bonum } *privatum*.
 } * *Ob hanc causam forma Regni est recta, Tyrannidis corrupta. Et quia geminum in modum res se habet in cæteris duobus Rerump. partibus, ideo membrum hoc sibi omittemus.*
 III. *Definitione.* Regnum } est Resp. in quâ unus impe- } salutem publicam.
 Tyrannis } rat ad } commodum privatum.
 IV. *Divisione in gradus possibiles.* Etenim
 } Regnum est vel potentiæ } liberioris, - - - vocaturque *Heroicum*.
 } } maxime restricta } *Laconicum*.
 } Tyrannus est vel } legibus obstricta } electitia, vocaturque *Monarchia Asymmetica*
 } } } hereditaria } *Barbarica*.
 } } } occulta }
 } } } manifesta } *Despotica*.
 * 1. *Heroica, Laconica, Asymmetica & Barbarica Monarchia vocabula sunt ab historiis veterum, quas hic non necesse est repeti. Distinguendis illis inter se sufficientia nota, quas delineavimus.*
 2. *De Heroico tamen regno illud addendum, originem ejus olim fuisse ab Heroica unius virtute, & inde prof. Et in populum beneficentiâ singulari. Cujus veneratione non Heroi tantum illi, sed ejus familie imperium deferre placuit.*
 3. *Tyrannis occulta potentiam suam ex legem simulatione Regni, manifesta grassationibus violentis stabilit.*
 4. *Qui Regno & Tyrannidis Despoticum imperium tanquam medium interponant, dum Boamianus nomen laqueus sequuntur, non possunt non tenebras offundere doctrine Aristotelis. Apud quem certum est, Monarchiam Despoticam & Tyrannidem ex legem esse synonymas.*

TAB. XLV.

De Aristocratiâ & Oligarchiâ.

Aristocratiâ & Oligarchiâ } conveniunt } I. *quoad appellationem generalem.* Potest enim uterque Status etymologiâ favente vocari & *Aristocratiâ*, quia utrobique imperant *ἀριστοι*, i. e. *ἄριστοι*, seu optimates; & *Oligarchiâ*, quia,
 } II. *quoad quantitatem seu numerum imperantium, utrobique imperant ὀλιγοί, i. e. pauci.*
 } * 1. *Paucos hic intellige, qui sunt medio loco inter unum & omnes interjecti, cives videlicet uno plures, nondum tamen omnes. Seu, quod idem est, paucos intellige totius multitudinis comparatione, non subditi tantum partis. Nam hoc ad essentiam harum formarum nihil attinet.*
 } 2. *Contingit tamen ferè, ut imperantes in his duabus formis subditorum quoque, collatione pauci sint.*
 } I. *Qualitate seu dignitate civili imperantium.* Quæ in } Aristocratiâ est *virtus*.
 } } Oligarchiâ sunt *divitiæ*, vel *potentiâ*.
 } II. *Def. -* } Aristocratiâ } est Resp. in } virtute præditi ad salutem publicam.
 } } Oligarchiâ } quâ imperant } divites vel potentes ad commodum privatum.
 } III. *Divisione in gradus possibiles.* Etenim
 } } Aristocratiâ rationem } divitum & plebis simul, vocabiturque *Aristocratiâ prima*:
 } } } divitum tantum, - - - } *secunda*:
 } } } plebis tantum, - - - } *tertia*.
 } } } legibus obstricta. Et hæc porro numerus imperantium est vel
 } } } determinatus, & in mortui locum substituitur alius
 } } } per electionem Oligarcharum, vocabiturque *Oligarchiâ prima*:
 } } } jure hereditario, - - - } *secunda*:
 } } } indeterminatus, ut venire in Senatum liceat cui vis, dummodò censum habeat lege publica definitum } *tertia*:
 } } } exlex, vocaturque *δυναστεία*, *Oligarchiâ Despotica*, pessima, & *ultima*.
 * *Regio, quæ equitatu in primis valet, Oligarchiâ valde est opportuna. Equorum enim copiam, in quibus simul est potentiâ militaria, alere divitum est, non pauperum. Idem de gravi armaturâ peccatum affirmat Aristoteles, tempora scil. sua respiciens.*

Politia & Democratia

conveniunt appellatione generali. Potest utraq[ue] vocari, etymologia non repugnante; Democratia, vel Resp. popularis. Δημου enim seu populus jam totam civium universitatem, jam partem eius plebejam solum notat.

* Remp. popularem rectam, sive ob raritatem speciale vocabulum vulgo non invenit, sive ob excellentiam nomen generis καὶ εὐχρη μernit, πολιτεία constanter in Politia vocat Aristoteles. In Ethicis lib. IX. c. 10. Δημοκρατία, vocem illi indit, qua quidem status ejus possibili aptior est, quam ideali.

- I. Quantitate seu numero imperantium. Politia imperat & tota universitas. Democratia civium pars tantum plebeja.
- * 1. Habet hoc Politia peculiare, quod in ea iidem sunt imperantes & subditi. Nempe quia omnes imperio sunt apti. Imperant ergo in magistratibus quidem indefinitis ut universi, obsequuntur, ut singuli. In magistratibus vero definitis imperans etiam, quoad ejus fieri potest, ut singuli, sed non eodem tempore.
2. Habet hoc Democratia peculiare, quod in ea ex hypothesi equalitatis res deducatur ad inequalitatem, & ita geometrica rationi substituatur arithmetica, dignitati numerus. Quod quemadmodum eveniat, Tab. XLI. annot. 11. ad membr. 1. exposuimus.
3. Atque hinc fit, ut in populari Resp. genere status rectum a corrupto quantitas quoq[ue] imperantium distinguat. Nam & in tertia Democratia (de qua paulo post,) soli plebeji revera imperant, licet omnes cives imperare videantur.
4. Hinc etiam fit, ut in hoc eodem Resp. genere qualitatem imperantium non liceat in statu corrupto eque ac recto dignitatem vocare. Quis enim paupertatem (nisi perditam sint verum vocabula,) dignitatem appelles?

II. Qualitate imperantium: Quae in Politia est virtus, aut non magis certe paupertas quam divitiarum. Democratia est paupertas.

III. Definitione. Politia est Resp. in qua cives universi ad salutem publicam imperant. Democratia plebeji ad commodum privatum.

IV. Divisione in gradus possibiles. Etenim

Politia vel nascitur ex aequalitate virtutis. Quae quidem in universum populum vix aliqua, praeter bellicam cadere videtur posse: vocabiturque Politia prima: aequatione divitum & pauperum geometrica? secunda.

* 1. De priore gradu sonat locus III Pol. 5. de posteriore IV. 8. ubi asseritur, in Politia esse mixturam quandam Oligarchiae & Democratiae, nempe quia penes divites juxta & pauperes ibi imperium est.

2. Uterque vero magnam habet cognationem cum Aristocratiâ prima & tertia. Est enim in his omnibus mixtura forma optimatum & popularis. Sed Aristocratiis accensentur illi gradus, qui optimatibus potiores majestatis particulas largiuntur.

legibus obstricta. Et hic porro admittuntur in Senatum cives vel non omnes, sed soli pauperes, & quidem sub conditione censûs quantilicunque Et vocatur haec Democratia prima: natalium ex parentibus indigenis. secunda: omnes, divites juxta cum pauperibus, sed sententiis vititum atque adeo secundum proportionem arithmeticam numerandis. tertia.

lex. Et haec vocatur Democratia Despotica, pessima, & ultima.

* Populum ex agricolis praecipue aut pastoribus; vel opificibus, mercatoribus aut mercenariis; vel pedibus deniq[ue] levis armaturae aut militibus classariis collectum Aristoteles Democratia opportunum pronunciat, & prima quidem eum, quem primo memoravimus loco.

TAB. XLVII. Comparatio Rerum cum Societatibus domesticis.

Comparatur	in genere quavis Resp.	recta conjugali vel paterna	Societati, ob imperandum in	amicitiarum	
		corrupta herili	subditos amorem	concupiscentiarum	
		simplex paterna vel herili	Societati, ut in qua paterfamilias habet	indivisum:	
		mixta conjugali		imperium divisum.	
in specie	Regnum Tyrannis	Societati paterna	recta, ob insignem virtutis & beneficentiae gradum.		
			corrupta, nimisque in filios severa.		
		Aristocratiâ	Societati conjugali	recta.	
		Oligarchia		corrupta, in qua uxor dives marito imperat.	
	Politia	Societati fraternae rectae ob aequalitatem.			
	Democratia	ti	domesticae corruptae, in qua quis parere debebant, pro lubitu vi-		
			vunt.		

* Quadrant haec similitudines etiam retro in Societates domesticas. Et hic imperium conjugale ab Aristotele jam Aristocratiâ, jam Politia confertur.

I. Homonymia. Vox Majestatis sumitur pro { titulo certo Monarchico. }
 { personâ monarchicâ : ut cum sacram Casaream Majestatem appello pro Casare. }
 { termino reali ordinis, in Rep. vel affectione Civitatis. } *plenâ.* Et ita h. l.
 Quo sensu Majestas porro sumitur vel pro } *non plenâ.*

* Plenam { *majestatem concipit, qui* } omnes ejus particulas inter se unitas } *concepit.*
 Non plenam { *unam alteramve ejus particulam seorsim* }

II. Synonymia. Græcè vocatur τὸ πολίτευμα, τὸ κρείον της πόλεως. Hugoni Grotio facultas Civitatis eminens: item facultas moralis civitatem gubernandi.

III. Descriptio: Majestas { h. l. nihil aliud est, quàm } Libertas } civilis.
IV. Oppositum: Subditio { Servitus }

V. Modus considerandi: duplex { ad intrâ } in respectu ad { subditos suæ civitatis, } { summitatem. }
 { ad extrâ } { tanquam inferiores, } & sic im-
 { } { aliarum civitatum maje- } plicans { }
 { } { states, tanquam pares } { paritatem. }

* 1. Posterior modus advenit Majestati ex hypothesi existentia aliarum Civitatum. Quæ quoniam simpliciter necessaria non est, sufficiens definiendo priorem sequi modum, & summitatem, quam habet majestas, exprimitur: quamquam & ex altero modo per consequentiam summam intelligitur. Summum enim sit oportet, quod alteri summo par habeatur.
 2. Sub potestate s. subditos con. spe simul potestatem in res subditorum.

VI. Definitio: Majestas est SUMMA a) CIVITATIS b) UBIQUE c) POTESTAS. In hæc definitione generis locum POTESTAS occupat. Quo nomine statim à dignitatibus civilibus distinguitur definitum. Est enim hic potestas jus quoddam, quod Græcè ἐξουσία, Latine ex Grotio facultatem diceres. Cætera verba duas conditiones formæ, gradum scilicet a) ac plenitudinem b), subjectum item commune c) exprimunt, eoque definitum sufficienter à potestate tum patrisfamilias domestica d), tum magistratum inferiorum civilis e), quin & majestate non plenâ f), sepatant.

VII. Forma. Potestas, & ea quidem, si quæras de gradu, SUMMA, i. e. uti Grotius definit, cujus actus alterius juri non subsunt, ita ut alterius voluntatis arbitrio irriti possint reddi.

* 1. Quoniam civitatum inter se prestatum est subordinatio, necesse est, ad summam eandem aliquod & unum perveniat. Id hic est, quod majestatem vocamus.
 2. Majestas ergo potestas summa est. Adde quod mox sequetur, in civitate, Non enim Deo, sed hominibus, neque his aliena, quæ eius aliena, sed sua civitatis major est, qui tenet majestatem.
 3. Atque hinc illud fluit, majestatem seu personam eâ plenè potentem, solo Deo inferiori esse: Nam hominibus cæteris aut superior est, aut par.
 4. Nec non illud, eam esse solutam Legibus: Legibus, inquam, non pactis: & legibus humanis ac positivis, non divinis & naturalibus. Nam hæc si violat, reatum utique incurrit & penam, sed a superiore suo, h. e. Deo, non à subjecto sibi populo infligitur.
 plenitudine. UBIQUE, i. e. in omnibus, seu sumpta cum complexione omnium majestatis jurium.
 Ita quidem, quod est apud Aristotelem h. l. τὸ πανταχῶς, exponi ab aliis video. Eam particulam si in definitione omittas, definita erit majestas cum indifferentiâ ad plenam & non plenam.

{ commune, Civitas. }
IX. Subjectum proprium, personæ imperantes una (ut in Monarchiâ), pluresve (ut in Aristocratiâ & Democratiâ.)

* 1. Similem in modum hoc intellige, atque, si quis visionis commune subjectum animal, proprium oculos diceret.
 2. Cave autem hic cum Monarchomachis in omni Rep. sine exceptione subjectum Majestati status populum. Sic enim funditus perierint nobis omnia Rerump. ab Imperantium seu majestate præditorum numero discrimina, neque superfuert in mundo forma civitatis alia præter popularem. At enim verò ut personalem suam libertatem quisque, sic civilem suam populus abdicare, & dominium sui paucioribus aut uni transcribere integrum potest. Porro cur, quod potest, etiam velit, cause in rebus humanis ad statum legale prolapsis complere solent eventum. Hæc Monarchiarum, hæc Aristocratiarum fundamenta frustra sunt, qui convellere nituntur. Nam quod Monarchis & Optimatibus relinquere se dicunt Majestatem personalem, reali interim, qua personalem in ordinem cogere possit, ubique penes populum seu civitatem remanente: imperantibus verbo dant majestatem, re adimunt. Personatam ergo dixissent potius, quam personalem. Neque enim majestas est, qua in suâ civitate superiorem habes: neque magis à duplici, quod majestati dedimus, subjecto una illico in eadem Rep. majestates (realis & personalis) ab se realiter distincta, quam in eodem equo dua visiones, altera oculorum, fingenda sunt. Distinctio illa aut rejiciatur, aut conceptum esto, non verum.

IX. Divisio in partes. De quâ vide Tab. seq.
X. Principium actuale dirigens. Vide ibid. membr. ult.

Majestatis notetur

Circa Divisionem Majestatis in partes notetur

- I. *Quomodo appellantur partes sive particula majestatis?* Resp. jura Majestatis, item Regalia Quæ vox vioriginis Grammaticæ solis Monarchicis apta formis, ad aliorum tamen Statuum jura extenditur.
- II. *Quanam sit harum partium respectu ratio totius in Majestate?* Resp. Majestas est totum
- 1. *potestativum.* Nam ut anima in potentiam v. g. sentiendi, intelligendi, volendi: similem in modum (cave hoc simile nimis extendas,) majestas in potestatem summam ferendi leges, instituendi magistratus subordinatos, indicendi onera, &c. tanquam in partes potestativas dividitur.
 - 2. *integrale,* (ad hoc enim genus reducitur totum potestativum,) sed *analogicum,* quia incorporeum. Sanè verò vel uno regali ablato majestas non manet integra & plena.
 - 3. *dissimulare.* Nam etsi partes ejus essentiâ genericâ conveniunt: (quodlibet enim jus majestatis est potestas summa) differunt tamen objectis, & quod inde sequitur, essentiis *specificis.* Alia enim potestas circa sacra, alia circa magistratus, alia circa bellum occupatur, & sic deinceps. Quin & singulæ particule in novas varietates seu modos pro diversitate materiæ circa quam specialioris, aut actuum exercendorum, comminui possunt.
- * 1. *Hæc jurium majestatis dissimilitudo facit, ut singulorum prætia non usq; ad eò exactè definiri queant.*
2. *In eadem Rep. plures esse potestates summas, sed non plenas, nihil habet absurdum.*
- III. *An Majestas possit realiter dividi, per partes scil. suas, vel modos partium, in subjecta propria?* Alim. Ratio, quia divisibilitatem istam ex naturâ rei nihil impedit. Quod enim ad materiam attinet, est in majestate partium, in partibus modorum, in civitate personarum vel coetuum capacium multitudo. Est in voluntate humanâ, quæ efficiens causæ vim habet, dividendi potestas. Sunt *finis*, qui voluntatem moveant, ut vel partes ipsas majestatis, vel partium præcipuarum modos non omnes uni sive homini, sive coetui permittos velit. Atque ita factum est hodiè in quam plurimis, ac nescio annon in omnibus, quæ quidem non merè sint despoticæ, Rebus publicis, Quas idèò *numerosè mixtas* vocamus.
- IV. *Quotnam sint classes Regalium?* Resp. Duz. Omne enim Regale vel est
- Immanēs,*
 - Transiens,*
- & nititur relatione Majestatis
- ad intra & subditos suæ*
 - ad extra & Majestatem alienæ*
- civitatis.
- * 1. *Quia Majestati subditi sunt inæquales, alia Majestates æquales, possumus & prioris generis Regalia Scholasticorum vocabulo disquiparantæ, posterioris a quiparantæ appellare. Nam & illa supererminentem, hæc mutuam potestatem includunt.*
2. *Transcuntia Regalia vix, opinor, plura tribus numeraveris. Quorum unum jus est mittendi Legati: alterum sanciendo fœderis: tertium Belli & Pacis.*
3. *Immanentium longe major est numerus. Unde novis subdivisionibus opus fuerit. Quarum alia ab objecto videntur peti posse, alia à modo circa objectum versandi. Objectorum discrimina sunt, primum, persone & res; secundum, sacra & profana; tertium, futura & præterita. Modi circa hæc objecta versandi tres: Consultatio (sub qua & Electio,) præceptum (in universalibus per Leges, in singularibus per Magistratus subordinatos,) iudicium (sive præmium sive penam res p. stulet.)*
4. *Ad hæc ergo capita speramus omnia majestatis jura revocari posse, uno excepto, quod extraordinarium planè dixerim, majestatis in seipsum reflexæ & suam sibi libertatem adimittis, transferendo in alium civitatis Dominio.*
- V. *Quotplex sit principium actuale, quo exercitium Majestatis & particularum ejus dirigi debet?* Resp. duplex: nempe
- Lex Naturæ.
 - Paçta Gentium.
- Cum enim his solutam esse majestatem negaverimus, necesse est iis se dirigi patiatur.

† Doctrina de Jure Naturæ & Gentium peculiare Tabellas postulat, huic loco non incommode inferendas. Neque enim iradi illa potest absq; præcaenti societatum humanarum, & Civitatis inprimis ac Reip. notitiâ. Et est quidem in hoc argumento totus Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis scribens. Quod opus doctissimum, eoque merito hæctenus regnans, in Tabellas contrahere non usq; adeò difficile sit, ob observatū in eo diligenter si non optimum, certè nec pessimū ordinem. Verū in rebus ipsis aliqua principia Philosophi, plura etiam fortasse, utiq; graviora, Theologi orthodoxi mutata & correctâ velint. Liceat ergo hanc Philosophiæ præctica partem tantisper hic seponere, donec vel ab ulceribus istis sanatus prodeat Grotius, vel ejus systemate ad demonstrandi methodum & veritatem castigatus aliquod lucem aspiciat.

Muta-

I. *Synonymia.* Vocatur & corruptio, item solutio vel dissolutio Civitatis aut Reip.
 * 1. Copiosa est Aristotelis phrastologia lib. V. Polit. de hac re. Videas ibi passim mutationem corruptionemve Reip sic enunciari: μεταβαλλεσθαι, μεταστρεφεισθαι, εξιστασθαι, λυεσθαι, καταλυεσθαι, Φθειρεσθαι τὴν πολιτείαν.
 2. Quatenus unius generatio alterius est corruptio, mutari Remp. & corruptum synonyma esse possunt. Quatenus vero corruptionis vocabulum malitiam aliquam implicat, sive ex parte termini ad quem, sive respectu alterationis praevis violenta, differre dicitur a mutatione ut arguitur a latiore. Et ita corruptioni opponitur emendatio: utraq; vero mutationis voce designabitur.

II. *Divisio ex parte*
 I. *Termini ad quem.* Mutatio Reip. contingit vel circa
 { formam, cum nempe }
 { Relp. }
 { recta }
 { popularis }
 { simplex }
 { aberrantem, }
 { paucorum aut unius, }
 { mixtam, }
 } vel contra. 10

gradum formae, ut cum oligarchia v. g. ex intensiore fit remissior, aut contra.
 modum administrandi, ut cum magistratus aliquis novus inducitur aut vetus aboletur.
 personas vel familias imperantes: e. g. cum quis in Monarchia solium invadit Regis à se perempti, aut exculli.
 2. *Cause efficiens principalis.* Quae cum Civitati mutandae esse possit vel externa vel interna & domestica: fit inde ut ipsa Reip. dupliciter mutari dicatur, nimirum vel
 { ab extra, v. g. cum hostis Reip. victae novam formam imponit. }
 { ab intra, cum scil. ipsi cives mutationem Reip. inferunt: idque rursus vel }
 { citra violentiam }
 { cum fraude, per sophismata Politica. }
 { sine fraude: cujusmodi exemplum praebet Theopompus Lacedaemonu Rex, qui, ut posteris suis regnum relinqueret stabilius, ipse sua sponte constitutus ephoris de regia potestate multum remisit. }
 { cum violentia, per seditiones ac bella intestina. } 25

III. *Principia, cause, vel occasiones, respectu mutationis:*
 { ab extra, culpa }
 { civitatis, bellum externum suo sibi jumento accersentis; }
 { externi hostis, nullam injuriam laceffiti; }
 { in genere, vitium }
 { forma: in Rebus publicis }
 { simplicibus, nimia exerratio à statu naturali & Φιλανθια recta, si sc. seposita virtute vel sola divitiar, vel sola libertas εὐποροσιν formae faciat. Priori enim modo pauperes, posteriori divites ab ipsa Reip. sic constitutae formae quasi vim patiuntur, quae utriusque partis animos bona fide coalescere vix unquam sinit. }
 { mixtis, non satis sapienter instituta ab initio mixtura dignitatum civilium. }
 { materia. Quod vicissim duplex est, nempe vel }
 { naturale, & remotum: }
 { dissimilitudo ingeniorum, orta ex diversitate }
 { loci seu regionis: }
 { nationum: }
 { religionum. } 40

nimirum incrementum { integri alicujus in Rep. ordinis: }
 { unius in Rep. viri, aut paucorum: }
 { facultatum totius civitatis, legibus de censu non mutatis. } 45

morale & propinquum:
 { Injustitia. Quae variis tolet exerceri modis, dum nempe dignis praeteritis indignos munerum publicorum participes faciunt. }
 { Imperantium. }
 { vexant subditorum }
 { bona seu opes. }
 { corpora, per }
 { libidines venereas, }
 { ignominiosa verbera, } i.e. per βραβη 50
 { vitam. }
 { conscientiam. }
 { ignavia, orta ex inobservantia vel contemptu }
 { parva. }
 { rei maxima: }
 { Subditorum }
 { cupiditas }
 { dominandi, seu Ambitio. }
 { discedendi, seu Avaritia. }
 { metum poenae promeritae: }
 { contemptus, quando scil. imperantium sive imperitiam, sive paucitatem; sive ignaviam, sive vileitatem despiciatui habent. } 55

IV. *Compositum, Conservatio Reip. quae à bonis partim Legibus, partim consiliis pendet.*
 in specie { Popularem, improbitas Demagogorum, seu assentatorum plebis. }
 quoad { Paucorum, contentio ipsorum inter se Optimatum. }
 Remp. { Unius, discordia Regiae familiae: item φιλοτιμία, de qua V. Pol. 10. } 60

Mutationis Rerump. notanda veniunt

- I. *Quid in hac doctrina sit expectandum?* Resp. partim *Leges*, partim *Consilia*.
- II. *Cur ergo non fiat inscriptio etiam de consiliis?* Resp. Quia, si *Legis* vocabulum late accipiatur, consilia quoque complectitur; si *strictè*, à potiori non absurdè fit denominatio.
- III. *Quot modis accipiatur vocabulum Legis?* Resp. duobus:
 - 1. *late*, ut comprehendat etiam consilia; ob convenientiam scilicet eorum cum legibus strictè dictis.
 - 2. *strictè*, pro jure habentevim obligandi, ut Tab. XXV. Et sic iterum usurpatur vel
 - Jure *Nature simplici*; ut Lex prohibens furtum.
 - Jure *positivo simplici*: ut Lex prohibens subditis venationem.
 - Jure *positivo mixto*: ut Lex prohibens furtum sub poenâ servitutis, aut suspendiis. Hic tamen prohibitio furti, juris est naturalis; determinatio poenæ, positivi.

* 1. *Jura* } *Nature simplicia* } *describere magis est partis in superioris: Vid. Tab. XLIX. in fine.*
 } *Positiva certæ Reip.* } *Politica* } *presentis.*

2. *Certa inquam Reip. sed ejus imaginariæ, quam in materiâ corruptâ optimam, vel optimam proximam fingere licebit. Non enim egrèdimur hic limites Universalis Politicæ, intra quos & Aristoteli octo libri subsistunt: cujus tamen optimam Remp. maximâ sui parte mutillam habemus. Aliud ejus opus fuit, majore temporum invidiâ planè nobis, neq; ad paucula fragmenta, interceptum, quo tantum non omnes sui ævi Respublicas veras describens Particularem Politicam attigit, à nobis quoq; ejus exemplo, separandam ab universali. Neq; enim historiam scribere, nec Actorum circulos invadere cogitamus.* 20

Circâ doctrinam de Legibus in genere notetur:

- IV. *Quomodo convenient inter se & rursus differant Lex & consilium?* Resp. Conveniunt partim, partim differunt.
 - 1. *Fine*. Utrumque enim ordinatur ad *εὐδαιμονίαν & αὐτάρκειαν* civitatis, tanquam medium ad finem. *Leges* tamen propius attingunt *εὐδαιμονίαν*, (præcipiunt enim de omni virtute,) propius *αὐτάρκειαν* *Consilia*.
 - * 1. *Hinc Leges justum ab injusto; Consilia utile à damoso, vel etiam magis decorum à minus decoro distinguere potissimum docentur.*
 - 2. *Et ut αὐτάρκειαν τῆ εὐδαιμονία, sic consilia legibus, maxime naturalibus, imò & nisi necessitas diversum præcipiat, positivis subordinanda sunt.* 30
 - 2. *Formâ*. Consilium pariter, & Lex positiva, quâ talis, determinationem quandam addit rei vel actioni moraliter indifferenti, seu jure naturæ permittæ, eamq; non impugnantem, ut in quâ tanquam in materiâ propriâ versentur. Hoc inte: est tamen, quod *Legi* vis inest obligandi eum, cui datur; *Consilio* non inest. 35
 - * 1. *Quod dictum est, materiam positivæ legis & consilii propriam esse actum juri natura non adversantem, id sequitur quodammodo è precedente. Actus enim jure natura veros, si jubere Lex velit; aut consilium suadere, ad summum potius modum, quam bonum pervertit Civitas.*
 - 2. *Est ergo de essentia legis & consilii, ut honestati non repugnent; sed in statu recto & naturali; Nam in statu corrupto secus pronuntiandum.* 40
 - 3. *Similiter ad bonum Legislatorum aut Consiliariorum in Statu recto hac duo ante omnia requiruntur: Unum conscientia de jure Natura sufficienter informata. Alterum, voluntas conscientiam rectam injustis legibus, aut per se scriptis consiliis non vulnerandi.*
 - 4. *Per se scriptis consiliis haud dulsc sciatens scripta Machiavellica, qua scilicet non curant, quid consentaneum sit juri natura, bonoq; civitatis vero & publico; sed unice, quid ad potentiam imperantium, adeoq; commodum eorum privatum conducere videatur. Nimirum quia doctrinam de fine civitatis pervertunt, eum in dominatione ac potentia despotica collocantes cum veteribus quibusdam VII. Polit. 2. ab Aristotele refutatis.*
 - 5. *Lucas interim è stercore aurum, h. e. è scriptis Machiavellicis ea, qua honestati non repugnant, elingere, ceteris aut neglectis, aut cum detestatione propositis eum in finem, ut cadere melius possint.* 50
 - 3. *Principio propinquo*. Quod utrobique est prudentia; sed in *Legibus νομοθετικῆς*, in *Consiliis βουλευτικῆς*.
 - 4. *Principio remoto*. Quod utrobique est cognitio historica, Legum variarum, ut *Leges*: factorum & eventuum, ut *Consilia* ferre possumus.

V. *In quot partes hac doctrina secari queat?* Resp. in duas. 55

- Unam de *Legibus*. Ubi } Optima Resp. legibus ab ingenio informanda.
 } Leges aliarum Rerump. verarum, fictarum examinandæ.
 } opes ac divitias.
- Alteram de *Consiliis* circa } ab hostibus externis,
 Reip. } securitatem } à disidiis & seditionibus intestinis. 60

† *Priorem de optima Rep. inscribere possis. Posteriorem de Ratione Status. Neutram hic exequimur, tum quod & fundamentum utriusq; doctrinam de Jure Natura in aliud tempus sepositum: tum quod conari hic aliquid volentibus idonei Duces desunt. Nam de Optima Rep. que scripsit Aristoteles, horum ad nos vix vestibulum pervenit. De Ratione vero Status commentarii quidem multi, justum & accuratum systema, quod scire liceat, exstat nullum.* 65

DEFINITIONES ARISTOTELICÆ

Quarum quæ hoc signo † notantur, è diversis textibus conglutinandæ fuerunt.

ETHICÆ

E Libris Nicomacheorum.

Ad Tab.

- III. Bonum Ἀγαθόν.
 ἔπαντα ἐφίεσθαι. lib. I. cap. 1.
- IV. Intellectus Theoreticus. τὸ θεωρητικόν.
 ὡς θεωρεῖται ἐν τοιαύτῳ τῶν ὄντων, ὡς ἀρχὴ, μὴ ἐσθὲ, καὶ ἄλλως ἔχειν. VI. 1.
 Intellectus Practicus. τὸ λογιστικόν.
 ὡς θεωρεῖται ἐν τοιαύτῳ. ibid.
- V. Summum Bonum Hominis, τὸ ἀνθρώπινον ἄγαθόν.
 Ψυχῆς ἐέργεια καὶ δεξιὴ ἀρεστὴ καὶ τελειότης, ἐν βίῳ, τελείῳ. I. 7.
- VII. Virtus moralis, δεξιὴ ἠθική.
 ἕξις ἐπιτηδεύουσα ἐν μεσότητι ὅσα τῆ πρὸς ἑμᾶς, ὡς ἐπιτηδεύουσα λέγουσιν, ὡς ἀνὸ φρονιμοῦ ὀρίσθη. II. 6.
- XI. Spontaneum, τὸ ἐκ φύσιν.
 ἢ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἶδη τῆ καθήκαστα, ἐν οἷς ἡ πρῶξις. III. 1.
 Invitum per ignorantiam, τὸ δι' ἀγνοσίαν ἀκρίβειαν.
 † τὸ δὴ πλῆθυν καὶ ἐν μετὰ μελέτῃ, εἰς τὴν ἀγνοσίαν τῆ καθήκαστα, ἐν οἷς καὶ ἀπὸ τῆ πρῶξις. ibid.
 Invitum per violentiam, τὸ βίαιον.
 ἢ ἡ ἀρχὴ ἐξ ὧν, τοιαύτη ἔσται, ἐν ἣ μὴ δὲν συμβαλεῖται ὁ πρῶξις ἢ ὁ πάθος. vel: ἢ ἐξ ὧν ἢ ἡ ἀρχὴ, μὴ δὲν συμβαλεῖται ἢ βίαιον.
- XII. Voluntas, ἡ βεβηλοσύνη.
 ὀρεξις ἢ τέλος. μακρόν. III. 2.
 Consultatio, ἡ βάλουσις.
 ζήτησις, ἀπὸ τῆ πρὸς τὰ τέλη. III. 3.
 Electio, ἡ προαίρεσις.
 βεβηλοτικὴ ὀρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν. ibid. vel: ὀρεκτικὸς νόστος, ἢ ὀρεξις. Διαλογικὴ. VI. 2.
- XV. Fortitudo, ἡ ἀνδρεία.
 μεσότης ἀπὸ φόβου καὶ θάρρους. II. 7. III. 6.
- XVI. Temperantia, ἡ σωφροσύνη.
 μεσότης ἀπὸ ἡδονῆς καὶ λύπης ἢ πένθους, ἢ τῶν δὲ ἀπὸ τῆς λύπης. II. 7. vel: † μεσότης ἀπὸ ἡδονῆς τῆς σωματικῆς, ὡς τὰ λοιπὰ ζῶα κοινωνοῦν, αὐτῶν δ' εἰσὶν ἀπὸ τῆς γούσης. III. 10.
- XVII. Liberalitas, ἡ ἐλευθεριότης.
 † μεσότης ἀπὸ δόσον χρημάτων μικρῶν καὶ ληψάν. II. 7. vel: † μεσότης ἀπὸ χρημάτων καὶ μέτρων καὶ μικρῶν. IV. 1. & 4.
- XIIX. Magnificentia, ἡ μεγαλοπρέπεια.
 † μεσότης ἀπὸ τῆς χρημάτων μεγάλα. II. 7. vel: † δεξιὴ ἢ ἀπὸ πένθους τῆς ἐν χρημάτων πρῶξις, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς δαπανησῶς μόνου, ἐν μεγάλῃ πρῶξισι. IV. 2.
- XIX. Modestia, ἡ φιλοπνεία.
 † μεσότης ἀπὸ ἡμῶν καὶ ἀτιμίας μικρῶν. II. 7. vel: † δεξιὴ ἀπὸ τῆς μετῶν καὶ μικρῶν ἐν πένθους ὀρεξίῃ. IV. 4.

- XX. Magnanimitas, ἡ μεγαλοψυχία.
 † μεσότης ἀπὸ ἡμῶν καὶ ἀτιμίας μεγάλην. II. 7. vel: † δεξιὴ ἀπὸ πένθους καὶ ἀτιμίας ἐν μεγάλῃ. IV. 3.
- XXI. Mansuetudo, ἡ πραότης.
 μεσότης ἀπὸ ὀργῆς. II. 7. vel: μεσότης ἀπὸ ὀργῆς. IV. 5.
- XXII. Veritas, ἡ ἀλήθεια.
 μεσότης ἀπὸ τῆς ἀληθείας. II. 7. vel: μεσότης τῆ καὶ τῆ βίῳ καὶ τῆ λόγῳ τῆ ὑπάρχοντα εἶναι ἀπὸ αὐτῶν, καὶ ἔτι μείζων, ἐπὶ ἐλαττω. IV. 7.
 Comitas, ἡ Φιλία.
 μεσότης ἀπὸ τοῦ λοιποῦ (ἐξ ὧ τῆ παιδείας) ἢ δὲ τῆ ἐν τῆ βίῳ. II. 7. vel: μεσότης ἀπὸ ἡδονῆς καὶ λύπης τῆς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γυναικείας. IV. 6.
 Urbanitas, ἡ Ὀυραπλία.
 ἀμείψασθαι ἐν μεσότητι ἀπὸ τῆ δὲ τῆ ἐν παιδείᾳ. II. 7. vel: † μεσότης ἢ ἐμμελῶς παίζειν ἐν τῆ Ὀυραπλίᾳ ὁμιλία, τῆ δὲ δὲ λέγειν, καὶ ὡς ὁμοίως δὲ καὶ ἀκρίβειαν. IV. 8.
- XXIII. Justitia (in genere) ἡ δικαιοσύνη.
 ἕξις, ἀπὸ τῆς πρακτικῆς τῆ δικαιοσύνης εἰσὶ καὶ ἀπὸ τῆς δικαιοπραγίας, καὶ βάλουσι τὰ δίκαια. V. 1.
 Injustitia (in genere) ἡ ἀδικία.
 ἕξις, ἀπὸ τῆς ἀδικίας καὶ βάλουσι τὰ ἀδίκαια. ibid.
 Justitia particularis, ἡ ἐν μέρει δικαιοσύνη.
 μεσότης ἀπὸ τῆ ἀγαθῆς ἢ πάντας, ἀλλὰ περὶ ὅσα Ὀυραπλία ἢ αὐραπλία. ibid.
 Injustitia particularis, ἡ ἐν μέρει ἀδικία.
 πλεονεξία περὶ τιμῆν, ἢ χρημάτων, ἢ σωματικῶν, ἢ εἰς τὴν ἐχομένην ἐν ὄνματι φιλαθεῖν ταῦτα πάντα, καὶ δι' ἡδονῆν τὴν ἀπὸ τῆ κέρδους. V. 2.
- XXIV. Justitia universalis, δικαιοσύνη ἡ ὅλη.
 δεξιὴ τελεία, ἀλλ' ἔχει ἀπλῶς, ἀλλὰ ὡς ἕτερον. V. 1. vel: τῆ ὅλης δεξιῆς χρησιμῶν πρὸς ἄλλου. V. 2.
 Injustitia universalis, ἀδικία ἡ ὅλη.
 κακία περὶ ἀπαντα, περὶ ὅσων ὁ σαρδαῖος. V. 2. vel: τῆ ὅλης κακίας χρησιμῶν πρὸς ἄλλου. ibid.
- XXV. Lex, ὁ νόμος.
 λόγος δόσον ἢ φρονήσις ἐν ὁμιλίαις ἔχον δύναμιν. X. 9.
 Jus naturale, τὰ δίκαια φυσικῶν.
 τὰ παρὰ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ τὰ δοκῶν, ἢ μὴ. V. 7.
 Jus legitimum, τὸ δίκαιον νομικόν.
 ὃ ἐξ ἀρχῆς μὴ ἔστιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἢ ἄλλως: ὅταν δὲ τῆ ἀρχῆς, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. ibid.
 Aequum, τὸ ἰσχυρὸν.
 † ἐπαρῶν νομικῶν δικαίων, ἢ ἐλλείπει ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. V. 10.

XXVI. Ca-

XVI. Casus fortuitus. τὸ ἀτύχημα.
 ὅταν ὡφελόγως ἢ βλάβῃ γίνηται. V. 8.
 Erratum. τὸ ἀμάρτημα.
 ὅταν μὴ ὡφελόγως ἀνευ δεῦ κακίας ἢ βλάβῃ
 γίνηται ibid. vel: τὸ μὴ ἀγνοίας, ὅταν μῆτε
 ὄν, μῆτε ὡς, μῆτε ὦ, μῆτε ἔνεκα ὑπώλαβει,
 ταῦτα πράξῃ. ib.
 Injuria improprie dicta: ἀδίκημα δι
 ὃ ἢ λέγονται ἀδικοί.
 ὅταν εἰδῶς μὴ, μὴ προσβλέυσας δὲ, βλάβῃ. ibid.
 Injuria proprie dicta: ἀδίκημα δι ὃ λέγο-
 γαι ἀδικῶ καὶ μοχθηρῶς.
 ὅταν ἐκ προσαρρέσως ἢ βλάβῃ. ibid.
 XXIX. Virtus intellectualis. ἡ δρετὴ λογικῆ:
 vel ἡ ἀγνοίας.
 ἡ ἀληθεία ἢ ψυχὴ τῶ καταφάναι ἢ ἀποφάναι.
 VI. 3.
 Intelligentia. ὁ νῦς.
 ἔξῃς τ' δρεχῶν. VI. 6.
 Sapientia. ἡ σοφία.
 νῦς καὶ ἄπιστημη, καὶ ὡς κεφαλήν ἔχουσα ἄπιστη-
 μη τ' τιμωρῶτων. VI. 7.
 Sapientia. ἡ ἄπιστημη.

ἔξῃς ἀποδοκλικῆ. VI. 3.
 Prudentia. ἡ φρόνησις.
 ἔξῃς ἀληθῆς μὲν λόγος πρακτικῆ ὡς ἡ ἀνθρώπων
 ἀγαθῶ καὶ κακῶ. VI. 5.
 Ars. ἡ τέχνη.
 ἔξῃς μὲν λόγος ἀληθῆς ποιητικῆ, VI. 4.
 Acumen. ἡ δεινότης.
 δύναμις ποιούτη, ὡς ἡ ὡς πρὸς τ' ὑποπύοντα σκο-
 πῶν συνείνοντα δύνασθαι ταῦτα πράττειν καὶ
 τυγχάνειν αὐτῶν. VI. 12.
 Bona consultatio. ἡ εὐβουλία.
 ὀρθότης βελῆς, ἢ μὲν τὸ συμφέρον πρὸς τὰ τέλῃ,
 ἢ ἡ φρόνησις ἀληθῆς ὑπόληψις ὄντι. VI. 9.
 Sagacitas. ἡ σύνεσις.
 πρακτικῆ ὡς τῶτων, ὡς ἡ φρόνησις ὄντι, ἀλλὰ
 λέγονται. VI. 10.
 Sententia. ἡ γνώμη.
 κρίσις ὀρθῆ τῶ ἀπεικῆς. VI. 11.
 XXX. Voluptas. ἡ ἴδου.
 † ἡ ἐπιθυμία τ' ἢ τὸ φῶσιν ἀνεμποδίεσθαι ἀπαιτιῶν
 μὲν ἢ τῶν. VII. 12. & X. 4.
 XXXI. Amicitia. ἡ φιλία.
 εὐνοία ἐν ἀντιπεπονησῶ μὴ λαίδησασθαι. VIII. 2.

POLITICÆ

E Libris Politicorum.

Ad Tab.
 XXXV. Servus natura. ὁ δούλῳ Φύσι.
 † ὄργανον ἑμψυχον, πρακτικόν, χωριστὴν μὴ αὐτῆ
 Φύσι, ἀλλ' ἀλλῶ, ἀνθρώπῳ ὡν. I. 3.
 XXXVII. Domus seu familia. οἰκία, vel οἶκῳ.
 † κοινωνία πρώτη ἐκ τ' δύο κοινωνιῶν γαμικῆς καὶ
 δεσποτικῆς, εἰς πᾶσαι ἡμέρας συνεστηκυῖα καὶ
 Φύσιν. I. 1.
 XXXVIII. Vicus seu Pagus. κώμη.
 κοινωνία πρώτη ἐκ πλειόνων οἰκῶν χερίσως ἔνεκεν
 μὴ ἐφημέρι. ibid.
 XXXIX. Civitas. πόλις.
 κοινωνία ἐκ πλειόνων κωμῶν τέλει τῶ πάσης ἔχουσα
 πύργος τ' ἀντιφραξίας. I. 2. vel: τὸ τῶν πολιτῶν
 πληθῶ ἰκανόν πρὸς ἀνάρκειαν ζωῆς. III. 1.
 Civilis simpliciter dictus. πολίτης ἀπλῶς.
 ὁμοτέχων κρείσως καὶ δεχῆς ἐν τῇ πόλει. ibid. vel:
 ὡ ἐξουσία κοινωνεῖν δεχῆς βουλευτικῆς ἢ κρη-
 τικῆς ἐν τῇ πόλει. ibid.
 XL. Magistratus, seu imperium civile.
 ἀρχὴ πολιτικῆ.
 καθ' ἣν ἀρχὴ τ' ὁμοίαν τῶ γὰρ καὶ τ' ἐλευθέρων.
 III. 3. vel: ἡ ἀποδέδοται βεβλῆσασθαι πρὸς
 ἡνῶν, καὶ κρείσως καὶ ὀπίσθαι, καὶ μάλιστα
 τῶτο. V. 15.
 XLII. Respublica. πολιτεία.

πόλεως τάξις, τ' τῆ ἀλλῶν δεχῶν, καὶ μάλιστα τ'
 κυρίας πόλιων. III. 4. vel: τάξις τ' τὴν πό-
 λιν εἰκένων. III. 1. vel: ἡ τάξις τῶν δεχῶν.
 IV. 3.
 XLIV. Regnum. ἡ βασιλεία.
 μοναρχία πρὸς τ' κοινόν ἀποβλέψασα συμφέρον.
 III. 5.
 Tyrannis. ἡ τυραννίς.
 παρέκβασις τ' βασιλείας. vel: μοναρχία πρὸς τὸ
 συμφέρον τὸ τῶ μοναρχῆν. ibid.
 XLV. Aristocrazia. ἡ ἀριστοκρατία.
 πολιτεία τῶν ὀλίγων μὴ, πλειόνων ὁ ἐνός. πρὸς
 τὸ ἀριστον, τῆ πόλι καὶ τοῖς κοινωνῶσιν αὐτῆς.
 III. 5.
 Oligarchia. ἡ ὀλιγαρχία.
 παρέκβασις τ' ἀριστοκρατίας. vel: πολιτεία πρὸς
 τὸ τ' εὐπόρων συμφέρον. ibid.
 XLVI. Politia. ἡ πολιτεία.
 ἔταν τ' πληθῶ πρὸς τὸ κοινόν πολιτεύεται συμ-
 φέρον. III. 5.
 Democratia. ἡ δημοκρατία.
 παρέκβασις τ' πολιτείας. vel: ἔταν τ' πληθῶ
 πολιτεύεται πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τ' ἀπείρων. ib.
 XLVIII. Majestas. τὸ πολιτεύματα.
 τὸ κύριον πανταρχῆ τ' πόλεως. III. 4.

F I N I S.

M. JACOBI THOMASII,

Orator, Prof. Publ.



ANNOTATIONES

In Philosophiam Practicam suam

continuis Tabellis

comprehensam.

L I P S I Æ,

Impensis Hæredum MAURITII GEORGII WEIDMANNI,

& JOH. LUDOVICI Gleditsch.

Anno 1696.

THE JACOB THOMAS

Order, Proctor

INVOLVED

In the case of the

of the

of the

of the

of the

of the

of the



JUVANTE TRIUNO!

AD TAB. I.

De naturâ & constitutione Philosophiæ Practicæ.

ANNOTATIO I. ad lin. 6.

Vocatur ab Aristotele Politica.)



Ib. I. Nic. cap. 3. ubi ait, *juvενε non esse idoneum auditorem τῆς πολιτικῆς*, i. e. Philosophiæ Practicæ. Clarius adhuc Lib. I. magn. moral. cap. 1. non longè ab initio, ubi expresse statuit, *doctrinam de moribus esse μέρϑ τῆς πολιτικῆς, partem Politicæ.* Quo in loco quîn Politica pro totâ Philosophiâ Practicâ sumi debeat, non est locus dubitationi. Hinc & *Ethica illi est πολιτικῆ τις* Lib. I. Nic. cap. 2. sub finem, & *πολιτικῆ περι ϑ ἡθῆ.* Vid. Dreierus Disp. Metaphys. p. 27. Et *σκέψις de virtute*, quam nemo dubitat Ethices esse propriam, dicitur esse *τῆς πολιτικῆς*, Lib. I. Nic. cap. 13.

ANNOT. II. ad lin. 7.

A Stoicis Ethica.)

Stoici Philosophiæ (realis) tres faciebant partes, *Logicam, Physicam, Ethicam.* Vid. Lactertius in Zenone Cittico p. m. 276. Quæ divisio passim & ab aliis comprobata si sufficiens esse debet, necesse est dicamus, *Ethicæ nomine totam intelligi Philosophiam practicam.*

ANNOT. III. ad lin. 8.

Vocatur etiam ἡ περι τὰ ἀνθρώπινα Φιλοσοφία.)

Hinc ex aliquâ parte intelligitur Definitio vetus Philosophiæ, quæ inter alias ejusdem Definitiones passim habetur hæc: *Φιλοσοφία ἔστι γνῶσις θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων πραγμάτων: Philosophia est scientia rerum Divinarum & humanarum.* Eam Pythagoræ tribuit Anonymus quidam Scriptor Græcus *Μεθῶς εἰς τὰς τρεῖς Φιλοσοφίας* editus à Camerario cum Arehytæ *δέξῃ λόγοις καὶ θολοῖς.* Complectitur autem ea definitio simul divisionem quandam in partem *theoreticam*, quæ circa *Divina & practicam*, quæ circa *humana.*

ANNOT. IV ad lin. 10.

Quæri debet in totâ Philosophia Practicâ.)

Quæ enim de methodis, Synthetica & Analytica, docentur, ad dispositionem totarum Disciplinarum pertinent. Vid. Zabarella Lib. II de method. c. 20. p. 220.

ANNOT. V. ad lin. 11. 12.

Ethica considerat finem, Politica subiectum & media.)

No. 1. Duo hic expedienda: (1) *An* (2) *Quomodo Ethica & Politica* (nonnulli tertio loco *Oeconomicam* addunt) differant ut pars & pars?

No 2. Quod ad *primam* attinet, fuerunt qui putarent differre eas non ut partes, sed ut species distinctas.

No. 3. Hæc opinio protecta est ex duobus erroribus: *primo* quod putarunt genus utrique commune esse prudentiam, cujus illæ duæ sint species. Contra hoc nos ad Tab. XXIX. declarabimus, prudentiam esse speciem infimam. Non ergo potest secari in alias species, benè tamen in partes.

No 4. *Secundo* quod putarunt, hominem vitæ *solitariae* quidem institui ab *Ethicâ*, quam ideo & *Monasticam* appellaverunt, (quam alii putaverunt, *monasticam* esse planè, peculiarem, & Aristoteli incognitam doctrinam, ab *Ethicâ* pariter & *Politica* atque *Oeconomicâ* distinctam) *sociæ* verò à *politica.* Ut autem hæ duæ vitæ specie differunt sic putarunt specie quoque differre illarum Disciplinas. Contra falsum est, quod *Ethica*, vel ulla Disciplina laudabilis instruat nos ad vitam solitariam, qualem quidem isti cogitatione comprehendebant. Nam solitaria vita est adversa naturæ, quippe quæ hominem esse voluit *ζῶν πολιτικόν*, Tab. XXXIX. membr. 4. ac ne laudabilis quidem, si homo illam absque necessitate, aut miraculosâ vocatione, tanquam

ANNOTATIONES

meritoriam aut DEO placentem, sibi eligat. Confer, quæ dicemus Annot. XXVI.

No. 5. Non ergo differunt Ethica & Politica tanquam *species* ejusdem generis, sed tanquam *partes* integrantes ejusdem totius, quod est Philosophia practica. Atque sic sensisse Aristotelem probatur non modò ex textu magn. moral. sub annotat. 1. sed etiam ex transitione ab Ethicis ad Politica cap. ult. Nic. ubi notatu digna sunt verba Philosophi, quum ait p. 449. *dicendum quoque esse de Republica ἡ ἠθικὴ ἢ πολιτικὴ τὴν ἀνθρώπων φιλοσοφία πλεονεχῆ*, h. e. *Philosophia Practica* (vid. annotat. III.) *perficiatur, consummetur, integretur.*

No. 6. Venio ad alterum, ubi queritur: *Quomodo ex ratione partis Ethica differat à Politica?*

No. 7. Communis plerorumque sententia est, quòd Ethica, sit pars *generalis* seu *communis*, Politica verò *specialis* seu *propria*: illa videlicet hominè in genere, hæc in specie Regem, consiliarium, subditum, civem bonis moribus informans.

No. 8. Sed verior est sententia eorum, quos lin. 41. & 42. hujus folii cito, qui distinguunt Ethicam à Politica, ut partem agentem de *fine*, à parte agente de *subjecto & mediis*. Vide *Jasonem Denores* p. 88. de constitut. partium civil. philosoph. *Philosophiam Actorum* p. 507. *Piccartum* cap. XVIII. *Hagog.* in lection. Aristot. p. 116. *Wichelmannum* Disput. I. de philosoph. (quam non nisi manuscriptam vidi) theor. 8. quibus adde *Dreierum* p. 27. Disput. *Metaphys.* Nec alia mens fuit *Averrois*, qui

ideò Ethicam comparat partem medicinae, quæ est de sanitate & ægitudine, Politicam verò partem quæ est effectiva sanitatis & destructiva ægitudinis ad cap. ult. Nic. p. m. 160. & Tract. I. in Platon. de Republ. p. m. 336.

No. 9. Potest autem eodem argumentò & vera sententia comprobari, & falsa convelli. Cùm enim methodus Philosophiæ Practicæ sit *analytica*, quod passim conceditur: hæc verò à fine ad subjectum & media procedat, manifestum evadit, nostram sententiam, quæ partes Philosophiæ Practicæ ex visceribus methodi analyticæ eruit, approbantam esse; contrariam verò, quæ ab illa methodo abit in omnia diversa, improbantam. Quid enim methodo analyticæ, cum parte generali & speciali, communi & propriâ?

ANNOT. VI. ad lin. 13.

Medici sunt leges.)

Pro hac re considera cap. ult. Nic. Cæterum leges virtutis gratiâ esse conditas etiam Platon. scitum est Lib. I. de leg. f. 773.

ANNOT. VII. ad lin. 15.

Tertiam Philosophiæ partem Oeconomicam.)

His pro annot. erunt Tab. XXIX. lin. 48. 49. & Tab. XXXII. lin. 57. & seqq.

ANNOT. VIII. ad lin. 20.

Tanquam partem communem à propriâ.)

Repete annotationem V. n. 7. & seqq.



AD TAB. II.

De Ethicæ Naturâ & Constitutione.

ANNOT. IX. ad lin. 26.

Latine Philosophia moralis.)

Apod Ciceronem de Fato ab initio.

ANNOT. X. ad lin. 36.

Vulgo duas Ethicæ partes.)

No. 1. Ut res tota melius intelligatur, historiam Philosophicam præmitto. Certam est, quòd Averroës Nicomachea quidem Aristotelis viderit, non autem Politica: unde in illa tantum, non etiam in hæc commentari potuit. Paginas ipsius Averroës è quibus probari hoc potest evidenter, citavimus annot. VI. sub fin. n. 8. Sed ejus hanc in rem verba memineris querenda tibi fore in Autore ipso, Perperam ergò Piccartus Prolegomenis in Politica Aristotelis p. 15. inter interpretes Politicorum Aristotelis memorat Averroëm, neque hoc reperio apud Giphanium p. 11. ad Politicam, quem ibi citat.

No. 2. Jam cum constet, primam operum Aristotelis versionem Latinam fa-

ctam esse ex Arabico cum commentariis Averroës, (vide Breviarium meum Ethicorum p. 106.) quod hic Arabs non habuit, non potuit latine verti. Prima igitur illa versio Politicò Aristotelis opere caruit. Consule Dn. Conringium Introduct. in Polit. Aristot. p. 559.

No. 3. Jam quemadmodum probabile est, (conjecturas non jacto pro demonstrationibus,) hinc evenisse, ut in cursu secundum Aristotelem Philosophico Politica planè in hunc usque diem omittant Scholastici: ita in idem esse crediderim, quòd Ethicam habuerunt pro disciplina in se integrâ & completâ, præsertim cum postea, Libros etiam Politicorum nasci, viderent eos peculiari inscriptione gaudere.

No. 4. Hòc semel admisso consequens fuit, ut in Ethicâ quoque seorsim (per annot. IV.) quærent

AD TABULAM II. & III.

5

rent methodum Analyticam procedentem à fine ad media.

No. 5. Atque hic plausibile fuit dicere, quòd virtutes *habituales* habeant se ad Summum Bonum ut media ad finem. Summum enim Bonum formaliter consistit in operationibus virtutis, quarum medium est virtus ipsa habitualis, cum omnis potentia ordinetur ad suum actum tanquam medium ad finem.

No. 6. Hinc nata est illis partitio Ethicæ in Tractatum de fine, *ἠθικὴν ἀποδοξίαν*, & Tractatum de mediis, *ἀρετολογία*, tantò applausu ad nos usque derivata, ut ipse quoque sequutus illam fuerim quondam in Dispositione Breviarii Ethici.

No. 7. Verùm gravissimis rationibus inductus mutavi sententiam in his Tabellis, Est enim Ethica non Disciplina separata, sed pars Philosophiæ practicæ à Politica minimè divellenda per annotat. V. num. 5.

No. 8. Habitum virtutis concedo medium esse ad beatitudinem: nego autem esse tale medium;

quale postulat methodus analytica in oppositione ad finem & quale est, v. g. medicamentum respectu sanitatis. Vid. Wichelman Disp. II. de Philosophia thes. 3. includitur enim in ipsâ Definitione finis, quam respice Tab. V. lin. 28. & includitur non per modum medi ad finem, sed per modum conceptus determinantis seu restringentis verba precedentia. Non enim quævis actio animæ rationalis est secundum virtutem acquisitam, qualis ibi intelligitur, sed quædam est secundum potentiam naturalem, quædam & secundum vitium.

No. 9. Itaque sic statuendum est potius, quicquid de virtutibus ab Aristotele sanè quam prolixè disputatur in Nicomacheis, eò tantum valere, ut explicetur accuratè Summi Boni Definitio. Igitur & post expositionem de virtute & connexis in præd. cap. 6. Lib. X. Nic. redit ad Summum Bonum in eoque Nicomachea concludit, quod aliàs esset contra Methodum Analyticam, quæ facit circulum, nec uti à fine incipit, sic in eundem quoque definit.



AD TAB. III.

De bono hominis in genere.

ANNOT. XI. ad lin. 5.

Divisio Boni 1. in verum & apparens.)

No. 1.

HÆC Divisio est vocis æquivocæ. Apparens enim bonum reverà non bonum, sed malum est, quoniã apparentia hic sumitur cum exclusione veritatis.

No. 2. Bonum apparens etiam illud vocatur, quod si maximè habeat veram bonitatem, habet tamen simul admixtam malitiam majorem, ut propterea non eligatur à rectà ratione: e. g. cibus saporis, sed insalubris, actio jucunda, sed turpis.

No. 3. Jam ut homo appetat bonum apparens h. e. verè malum, (licet non sub specie mali,) duabus è causis potest evenire; aut propter deceptionem facultatis cognoscentis, ut si quis cibum occultè venenatam ex ignorantia veneni appetat; aut propter depravationem appetitus, qui sciens fertur in bonum minus, conjunctum cum malo majore, ut si quis cibum saporis, sed insalubrem appetat.

ANNOT. XII. ad lin. 7.

Divisio Boni 2. in honestum, jucundum & vile.)

No. 1. Hæc est Divisio analogi. Fit enim id per se & per aliud tale.

No. 2. Bonum honestum à jucundo etiam sic potest distingui: honestum (*jucundum*) est, quod appetitur ab homine ut homine (*animali*.)

No. 3. Membra hujus Divisionis semper differunt formaliter, sed non semper materialiter seu subjectivè. Potest enim dari exemplum rei, quæ simul utilis & jucunda & honesta est. E. g. assumptio moderata cibi salubris & saporis; Hæc enim jucunda est, quia cibi saporis; utilis, quia cibi salubris; honesta quia moderata.

No. 4. Quia jucundum & volupe sunt synonyma, & verò præter voluptatem corporis, quæ homini ut animali competit, datur quoque voluptas animi (quæ hominem ut hominem afficit) per Tab. XXX. membr. 5. ideo vox Boni jucundi ad illas quoque animi voluptates extendi potest. Quò in sensu quomodo tamen adhuc possit bonum jucundum sic latè dictum distingui ab honesto, discas è Stahljo Tab. Metaph. XXIII. Divisione Boni 2.

ANNOT. XIII. ad lin. 16. & seqq.

Divisio Boni 4. in internum & externum.)

No. 1. Bonum internum concipe, quod est intra essentiam hominis, externum, quod extra.

No. 2. Et quoniam essentia hominis duabus absolvitur partibus essentialibus, anima & corpore: inde bonum internum subdividitur in bonum animi & corporis.

A 3

No. 3.

No. 3. Quod autem bona corporis interdum comprehenduntur sub bonis externis, ut Tab. XXIII. in Definitione justitiæ, id. ab illis fortasse primò factum est, qui putabant, corpus hominis non pertinere ad eius essentiam, quum crederent solam animam esse hominem, ut Plato. Sed nos illorum stylo h. l. non utimur.

No. 4. Bona animi optimè dividuntur juxta Prædicamenta, ut fecimus in Tabulâ. Notari potest interim & Aristotelis divisio Lib. I. magn. moral. cap. 3. *ἃ ἐν τῇ ψυχῇ ἀγαθὰ διέμεσαι εἰς τρεῖς, εἰς φρόνησιν, εἰς ἀρετὴν, καὶ ἡδονήν.*

No. 5. Circa bona corporis observetur scitum Hugonis Grotii, etiam B. Hülsemanno approbatum cap. XX. Breviarii Theologici. Th. 10. p. m. 436. *vita moram, quæ spatium dat penitentiæ, inter bona corporis habere primum locum, & fundamentum esse aliorum bonorum ad corpus pertinentium.*

No. 6. Bona externa minimè omnium sunt in potestate nostrâ. Sunt enim vel ipse res extra essentiam hominis positæ: ut divitiæ (de quibus plura Tab. XLI. * 3.) amici, conjux, liberi; vel connotant certè relationem ad res nobis extrinsecas. Ita *Nobilitas* connotat relationem ad Parentes vel Majores certâ qualitate præditos; *Honor* ad honorantes; *Potentia civilis* ad alios, quorum voluntas dependet à nostrâ; *libertas* [de qua plura Tab. XXXVII. sub memb. 6.] ad alios cum negatione in nos domini conceptos; *Dominium & possessio* ad rem externam, cui dominamur, vel quam possidemus; *Pax* ad homines cum negatione statûs contra nos bellici conceptos; *Securitas* ad res externas conceptas cum negatione nocivitatûs respectu nostrî.

ANNOT. XIV. ad lin. 36.

*Ad divisionem Boni 5. * 1. 2.*

No. 1. Bonum morale & artificiale, quæ talia differunt etiam ut honestum & utile vel jucundum: addidi jucundum, quia in rebus artificialibus interdum nihil spectam⁹ ultra voluptatē, ut in pictura elegantî.

No. 2. Bonitas, tam moralis, quam artificialis, pro subiecto habet illud, quod est finis ultimus, illinc virtutis moralis, hinc artis cujusque. Est autem finis ultimus virtutis quidem *εὐεργετία*; artium verò aliarum *εὐεργετία*, aliarum *ἔργον* per theoremata 3. hujus Tab.

No. 3. Juxta hæc de re artificialiter bona dicere solemus: *Opus laudat artificem.*

No. 4. Moralitas bonitas est in actione secundum virtutem moralem. Et quia hæc est habitus proæreticus, proæretis verò seu electio est actus voluntatis: ideo bonum morale dicitur habere bonitatem suam in voluntate operantis. Hinc illud: *Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.*

No. 5. Jam quia voluntatis actûs per se sunt interni, sensibusque impervii, & in humanis tamen judiciis de justitiâ & injustitiâ actionum, h. e. bo-

nitate vel malitiâ earum morali pronunciandum est; inde moralitas subdividi debet in *Ethicam & Politicam.*

No. 6. Voco hic *Ethicam* (ne quis pravam interpretationem vocum sibi fingat, (juxta quam Philosophi ethici intrinsecam actionum perfectionem intellectu metientes; voco *Politicam*, juxta quam judices Politici in foro humano, (quod ob defectum *ἡγεθιογνωσίας* cogitur esse contentum sensuum judiciò,) de justo & injusto pronunciant. Vid. & Tab. X. lin. 21. & seqq.

No. 7. Et quia status naturalis intellectui, legalis censui est accommodatus per xxxiii. lin. 29. ideo moralitas ethica vocari quoque potest naturalis, & Politica legalis.

No. 8. Habuisse videtur hanc distinctionem in animo Tullius, quum scriberet Lib. III. offic. p. 65. *aliter leges (ad moralitatem Politicam intentæ) aliter Philosophi (ad ethicam) collunt assentias. Leges, quatenus manu tenere res possunt: Philosophi quatenus ratione & intelligentiâ.* Quem locum Ciceronis profert etiam Grotius Lib. II. de jur. bell. cap. XII. §. 12. p. 214.

No. 9. A discrimine inter moralitatem Ethicam & Politicam est, quod Aristoteles fortitudinem civilem, quam ex Tab. XV. lin. 31. depinximus, negat esse veram, subaudi *ethicè*; quam sine dubio judicium humana haberent pro verissima sc. *politicè.*

No. 10. Atque hinc est, quod Politica bonitas moralis tranquillum reddit hominem in judicio humano, non autem statim etiam in foro conscientie philosophicæ.

ANNOT. XV. ad lin. 44.

Ad theoremata. 2.)

Præstantius est in actu signato (1.) bonum honestum jucundò, quia appetitur à facultate nobiliore; (2.) *honestum & jucundum* utili, quia propter se appetuntur; (3.) *quod tantum propter se appetitur*, cæteris, quia quæ tale habet perfectionem puram absque admixta imperfectione; (4.) *bonum animi* bonò corporis, quia perficit partem hominis nobiliorem; (5.) *bonum corporis* bonò fortunæ, quia perficit hominem ab intra; (6.) *super-veniens* naturali, quia habet se ad illud ut perficiens ad suum perficibile; (7.) *Theologicam* Philosophicò, tum quia provenit à lumine Gratiæ, quod est nobilius lumine naturæ: tum quia ducit hominem ad vitam æternam; (8.) *theoreticam* practicò, propter causas è Tab. VI. lin. 15. & seqq. intelligendas. (9.) *morale* artificiali, quia differt ab eo, ut honestum ab utili & jucundo per annot. XIV. num. 1.


ANNOT. XVI. ad lin. 48.

Ad theoremata. 3.)

Hac de re lege Lib. I. Nicom. c. 1. *Exempla artium, quæ in εὐεργεσίᾳ tanquam sine quiescunt, sunt*

AD TABULAM IV.

sunt saltatoria, æquitatoria, nautica; quæ in se- qui putant de essentia artis esse, ut post se opus re-
 2º externo, futoria, sigulina, fartoria, Falluntur, reliquant.



AD TAB. IV.

De Potentiis animæ humanæ.

ANNOT. XVII. ad lin. 2.

Ad membrum I.)

Doctrina de potentiis animæ pertinet ad
 Physicam per modum theoria; & quoad o-
 mnia scibilia; ad Ethicam verò per modum prothe-
 oria; & quoad ea tantum, quorum cognitio utilis est
 ad doctrinam moralem, exclusis inuisibilibus, quo-
 rum exemplum posui sub *. Cæterum hanc totam
 tabulam melius intelliget, qui eam cum XXVIII,
 comparabit.

ANNOT. XVIII. ad lin. 11.

De Sensibus externis.)

No. 1. Prousu ethico non incommodum
 videtur (mihi quidem) quinque sensibus
 addere sextum tactus venerei.

No. 2. Ita sensuum tres erunt *investigativi* obje-
 cti absentis, visus, auditus, odoratus; totidem *fruiti-
 uis* objecti presentis, gustus, tactus communis, & ve-
 nereus. Voco absens (*presens*) objectum, quod sen-
 sorium non tangit (*tangit*) contactu corporeo.

No. 3. Singulis sensibus suæ sunt volup-
 tates, sed trium investigativorum (in se-
 consideratorum, non verò quatenus sunt
 signa objectorum sensibus fruitivis perci-
 piendorum,) hominibus propriæ, cæteror-
 um communes cum brutis. Vide Gelli-
 um Lib. XIX. cap. 2. & quæ dicentur in-
 fra Annot. LXXXIV.

No. 4. Ex fruitivis tamen sensibus tactus com-
 nis datus esse animali videtur non tam ad perfe-
 quendas voluptates, quam fugiendos dolores cor-
 poris positivos, (quid hi sint, docebitur Annot.
 LXXVII,) quales causantur à vulneratione,
 aliisque læsionibus, ex quibus ad mortem violen-
 tam gradus fieri potest.

No. 5. Gustus autem & tactus venereus
 ordinantur ad voluptatem sensitivam ex
 alimento & re venerea oriundam; quarum
 illud conservat individuum, hoc speciem.

No. 6. Hæc faciunt ad melius intelligendam,
 Aristotelis de Fortitudine & temperantia doctri-
 nam. Fortitudo enim occupatur circa fugam do-
 lorem tactu communi perceptibilem; tempe-
 rantia verò circa persequutionem voluptatum gu-
 stus & tactus venerei, quæ alias communiter vo-
 cantur voluptates corporis. Utraque verò circa
 objectum homini maxime ut animali bonum vel
 malum. Conf. tab. XIII. 4.

ANNOT. XIX. ad lin. 13.

Speciem rei bonæ vel malæ.)

Intellige ejus, quod cadit sub cognitio-
 nem & appetitum hominis, ut est animal,
 nam speciem boni, quod homini, ut homo
 est, convenit, dicit intellectus.

ANNOT. XX. ad lin. 16.

De appetitu concupiscibili & irascibili.)

No. 1. De discrimine horum appetitu-
 um tres sunt opiniones famosæ. *Prima* Pi-
 colominei grad. I. c. 12. quod bona pertinen-
 tia ad corpus, ut ea quæ gustum & tactum
 (venereum) afficiunt, item divitiæ respon-
 deant appetitui concupiscendi, pertinen-
 tia verò magis ad animum, ut honor, glo-
 ria, victoria, appetitui irascendi. *Secunda*
 Scholasticorum, objectum appetitus con-
 cupiscibilis esse bonum & malum simpli-
 citer; irascibilis verò eadem sub ratione
 ardui. *Tertia* Jasonis Denores p. 53. de con-
 stitut. Phil. civ. & Dn. Dürrii p. 68. Disp. Phil.
 moral. per concupiscibilem nos ferri in
 bonum, per irascibilem averti à malo.

No. 2. Ex his *prima* opinio est ad mentem Pla-
 tonis, ut intelligis quodammodo ex Disputat. no-
 stra I. de virtutibus cardinalibus Thes. 31. 32. 36.
 nec planè hinc abluat *secunda*. *Tertia* verò unice
 ad mentem Aristotelis, ut clariùs exposui Disput.
 II. de virtut. cardinal. §. 17.

No. 3. Nos, qui sequimur Aristotelem, debui-
 mus hic retinere tertiam expositionem, cujus illu-
 strum usum aperient Tab. IX. membr. 3. & inde o-
 riundum Tabulæ XIII. membrum 1. & Tab. XVII.
 membr. 4.

No. 4. Et quia bonum & malum objectum est
 appetitus non modò sensitivi, sed etiam rationa-
 lis, h. e. voluntatis; transtulimus hanc distinc-
 tionem ad voluntatem quoque lin. 24. 25. Quod idem
 non faciunt Scholastici, inde est, quia bonum &
 malum hoc in argumento restringunt ad sola sen-
 sitiva.

ANNOT. XXI. ad lin. 36.

Ejus defectum corrigere potest.)

No. 1. E. g. errorem sensus, solem judicantis
 non majorem esse disco, corrigi intellectus; pra-
 vitatem appetitus sensitivi, cibum suavem, sed in-
 salubrem appetentis, corrigit voluntas recte ratio-
 ni obsecundans. No. 3.

No. 2. Addidi *in naturalibus & civilibus*: ne quis lumen intellectus naturale putet valere ad supernaturalia quoque fidei mysteria: aut vires liberi arbitrii nostri extendat ad bona quoque spiritualia.

ANNOT. XXII. ad lin. 45.

Comparatur imperio civili.)

No. 1. Deprompta sunt hæc ex Aristot. I. Polit. 3. ubi animæ imperium in corpore *herili*, in appetitum *civili* vel *regio* comparat. Cicero contra illud *regio* simile est, hoc *herili*, in fragmento è III. de Republ. p. 37. edit fragmentor. Ciceronis Andree Patricii.

No. 2. Sed hæc non pugnant. Omne enim simile est dissimile: Aristoteles repugnandi *potentiam* respexit, Cicero *actum*. In appetitu sensitivo & potentia est repugnandi rationis imperio, & actus sæpè. Nihil horum in locomotivâ. *Potentia* repugnandi libertas est quædam. Libertas autem competit civibus. Hi reguntur imperio civili. *Actus* repugnandi justis imperiis indicium est naturæ sequioris, qualis fervorum: at hic coercentur imperio *herili*. Invenit ergo & Aristoteles causâ cur imperium compararet civili, & Cicero, cur *herili*.



AD TAB. V.

De Definitione Summi Boni Humani.

ANNOT. XXV. ad lin. 14.

Ad Questionem an sit ?

No. 1.

Intelligitur quæstio vi lineæ 8. de Summo Bono hujus vitæ, & hoc sensu etiam affirmatur. Dubitare tamen aliquis possit ex eo, quia nullus homo in hac vita habet virtutem perfectam i. e. perfectam sapientiam. [videmus enim hic res divinas in ænigmate tantum 1. Cor. XIII. 12.] vel perfectam prudentiam per Tab. XXIX. lin. 35.

No. 2. Respondeo: nihil aliud probatur hoc argumentò, quam Summum Bonum non dari hac in vita extra ideam. Sufficit, quod datur interim (ut perfectus Orator, & elementum purum) in idea. Summus enim hic de essentia seu idea solliciti per lin. 33. quia oportet esse aliquam mensuram invariabilem, quam in sola idea deprehendimus.

No. 3. Certò tamen modò datur in hac vita etiam Summum Bonum actu: quia datur sapientia & prudentia perfecta, si non absolutè, saltem comparatè. Habet enim distinctio Tab. XXVII. lin. 50. etiam hic locum.

ANNOT. XXIII. ad lin. 47.

Locomotivæ corporis.)

No. 1. Intellectus perspicue similis est sensui, & voluntas appetitui. Locomotivæ vulgò nihil damus, quod respondeat in anima rationali.

No. 2. Juvabit tamen ad melius percipiendum Tabulæ XXVIII. punct. 12. & 16. it. *. 2. locomotivæ comparare illam intellectus facultatem (esto ea realiter non differat ab intellectu) secundum quam ad imperium rationis, ut pes jam movetur, jam quiescit, & si movetur, vel ad dextrum latus vel sinistrum: sic intellectus certæ rei speculationem continuet vel non; item defigat se in objecti alicujus bonitatem vel adhærentem malitiam. Vide intra Annot. XLVII. & quæ diximus cap. XLIX. Phys. n. 23. 38. 43. p. 270. 276. 278.

ANNOT. XXIV. ad lin. 51.

Affirmatio similis prosecutioni.)

Observavit Aristoteles Lib. VI. Nic. cap. 2 non longè ab initio. Sic autem explica: Sicut affirmatio (*negatio*) est compositio (*divisio*) subjecti cum convenienti (*à disconveniendi*) predicato; sic prosecutio (*suas*) est compositio (*divisio*) cupiditatis cum convenienti (*à disconveniendi*) objecto.

ANNOT. XXVI. ad lin. 18.

Idem est Summum Bonum hominis unius & civitatis.)

ταυτὸν ἔστι ἀγαθὸν ἐνὶ ἡμῖν καὶ πόλει 1. Nic. 2. Notabis hoc contra eos, qui disputant, aliam esse hominis solitarii, aliã in societate constituti Beatitudinem, eoque putant dari etiam oportere peculiarem disciplinam Monasticam. Quorum quidem sententiæ jam supra contradiximus Annot. V. n. 4.

ANNOT. XXVII. ad lin. 28.

Ad Definitionem Summi Boni.)

No. 1. Aristoteli Summum hominis Bonum est *operatio secundum virtutem* (notavi hic aliquid annot. X. no. 8.) Intellexit autem haud dubiè operationem eam, quæ fit in hac vita. Rectè. Nam etsi varia solent objici: parata tamen ex Tabulâ nostrâ est responsio.

No. 2. Objiciunt autem Novatores Antiaristotelici 1. Summum bonum non est actio virtutis, sed gloria DEI: 2. nec in hac vitâ, sed in æternâ.

No. 3. Respondeo ad 1. ex lin. 1 i. Summum Bonum

num

AD TABULAM V. & VI.

num hic sumi in conceptu non communi, sed proprio. Vel sic: nego actionem virtutis posse opponi tendentia ad gloriam DEI: nisi enim pro fine ultimo habeat gloriam DEI, non est actio virtutis sed vitii. Quod autem lin. 11. diximus, Summum hominis bonum esse *Dvum*, seu potius gloriam DEI, id interpretationem capite e dicendis annot. XXXIX. n. 2. & 3.

N. 4. Respondeo ad 2. ex lin. 6. nos cum Aristotele ut Philosophi solliciti sumus de Summo Bonó non Theologico, sed Philosophico. Peccaret Philosophia, si sumeret sibi partes Sacrae Theologiae. Neque merum naturae lumen, quo solo Philosophia utitur, ducere nos potest ad vitam aeternam. Quae tamen Philosopho neganda non est, sed tantum distingvenda à vitá seculi hujus tanquam subordinans à subordinatâ. An eam negaverit Aristoteles, quaestio historica est. Si non negavit bene; si negavit, absit ut illum in eo sequamur. Observa interim, posse Aristotelicâ Definitionem ampliari ad Summum quoque Bonum aeternae vitae, quod concedunt etiam Theologi positum esse in visione DEI beatificâ. Ergo & in operatione secundum virtutem optimam, scil. sapientiae. Quae sapientia acquisita sit, an infusa, hoc loco nihil refert.

No. 5. Est & alia objectio, sed valde frivola: Actio secundum virtutem non expetitur propter se, sed propter hominem agentem ipsum. Ergo non

est Summum Bonum. Respondeo ex lin. 17. non expetitur propter se tanquam finem, concedo; tanquam finem nego. Adde quod hi duo fines & & non debent divelli, sed conjungi, tanquam unus integer finis cum Svarezie apud Stahlum. parte I. Reg. pag. 234.

ANNOT. XXVIII. ad lin. 31.
in via perfecta.)

Vitam perfectam alii de naturâ aetate, alii, & magis opinor ad mentem Philosophi, de morâ quadam & continuatione vitae exponunt. Utraque expositio existentiam Summi Boni tangit.

ANNOT. XXIX. ad lin. 35.
Nec enim determinant.)

Addidi hoc propter virtutem habitualement, de qua annot. X. n. 8.

ANNOT. XXX. ad lin. 36.
Jam instrumenta, jam causas, &c.)

Bona commemorata sunt Summi Boni interdum 1. *instrumenta*, ut arma ad exercendam fortitudinem militarem; 2. *causa sine quibus non*, ut valetudo ad eandem fortitudinem; favor apud Principem ad beneficium pro amico impetrandum; potentiae naturales & voluptates animi, cum quovis exercitio virtutis conjunctae; 3. *ornamenta*, ut honor, pulchritudo, juxta illud: *gratior est pulchro veniens & corpore virtus*; 4. *objecta materialia*, ut divitiarum respectu liberalitatis, magnificentiae, justitiae.

ANNOT. XXXI. ad lin. 39.
Respondeo utriusque.)

Eadem est sententia Piccolominei grad. IX. cap. 28. p. 84. & Gifanii ad L. Nic. 7. p. 55.

AD TAB. VI.
De Divisione Summi Boni.

ANNOT. XXXII. ad lin. 1.
Summi Boni humani partes.)

No. 1.

Partes, non species, voco cum Burgersdicio cap. IV. Philof. mor. §. 13. p. 4. quem vide & cap. III. §. 31. p. 41. & 42. Vult enim Deus nos in hac vitâ & ipsi cultum praestare, & proximo officium. Unde & Decalogum suum tanquam actionum nostrarum regulam partitus est in duas Tabulas (similiter tanquam in partes non species,) quarum prior ut more Philosophico loquamur, theoreticas quoque includit virtutes; posterior est practicarum. Theoretica enim Philosophia divinarum est rerum, Practica humanarum per annot. III.

No. 3. Qui commenti sunt vitam mere solitariam & speculativam quasi ordinari-

am & specie distinctam à practica, iis jam responsum est annot. V. n. 4.

No. 3. Quas no 1. *theoreticas & practicas* virtutes vocavi, eas Neoterici ferè ut Timplerus p. 118. Eth. gener distingvunt vocabulis *practicas & probitas*, inque has duas velut species virtutem moralem primò dividunt, sicuti & Theologi Decalogum in duas Tabulas divisum vocant legem Dei moralem.

No. 4. Quo pacto certum est vocabulum virtutis *moralis* sic extendi, ut praeter officia versus homines aut nos ipsos, in quibus solis strictus se sensus continet, quem Tab. VII. secuti sumus, complectatur & cultum DEo immediatè debitum.

No. 5. Alia vocabuli hujus extensio est, cum Scholastici de quatuor virtutibus cardinalibus agentes prudentiam quoque cum subjectivè sit virtus intellectualis, objectivè tamen dicunt esse moralem.

B

No. 6,

No. 6. Quæ de vero DEI cultu moraliter præcipi possunt, indivulsõ nexu cohærent cum principe virtutum theoreticarum, sapientiã. Neque enim verè amari Deus potest, nisi rectè agnoscat, nec agnosci rectè, nisi verè ametur. Cumque optima illa verèque ad æternam cum DEO agendam vitam ducens pars sapientiæ revelata propria sit Theologorum, inde & his delegari solet accurata virtutum moralium ad imediatum DEI cultum pertinentiũ expositio.

ANNOT. XXXIII. ad lin. 2. 3.

Secundum virtutem optimam.)

No. 1. Quid optimæ virtutis nomine in Definitione Summi Boni intelligi debeat, mirifica est interpretum dissensio. Exponunt vel 1. de sapientiã, vel 2. de prudentiã, vel 3. de Justitiã universali, aut cumulo virtutum omnium moralium, vel 4. de fortitudine, vel 5. indeterminate de quavis virtute, quã quis excellat præ cæteris. Si quæ sunt plures expositiones, ad has reduci poterunt non incommodè.

No. 2. Ex his prima & secunda opinio calculum nostrum meruit ad eum modum, quem expressivus hinc in Tabulã. In subjectis asteriscis (quos illustrabit Tab. XXIX. membr. 2.) fundamenta posuimus refellendi expositiones reliquas. Quibus errandi occasionem dedit præcipuè, quod & Definitionem Summi Boni putaverunt exaudientem esse de solo pratico, & virtutis vocabulum in eã positum de solis moralibus.

No. 3. De quintã opinione adhuc in specie mono, quod illa Definitionem Summi Boni traxerit ad statum existentie, cum ea rectius intelligatur de statu essentie per lin. 33. Tab. præced.



AD TAB. VII. De Natura Virtutis Moralis.

ANNOT. XXXVII. ad lin. 2.

Ad Homonymiam.

Aliam æquivocationem pete ex annot. XXXII. no. 4. & 5.

ANNOT. XXXVIII. ad lin. 12.

In solo appetitu sensitivo.

No. 1. Ita sentiunt Piccolomineus grad. IV. cap. 8. & abreptus ab eo Jac. Martini p. 98. Ethic. Burgersdicius item p. 117. Philos. Moral.

No. 2. Verùm hæc sententia periculosa est, quatenus occultè quodammodo patrocinaur Pelagianismo exaggeranti vires liberi arbitrii, & extenuant labem peccati

ANNOT. XXXIV. ad lin. 15.

Beatitudo theoretica nobilior.)

No. 1. De præstantiã theoreticæ vitæ super practicam multa sunt apud Scholasticos, qui huc trahunt illud etiam Christi Luc. X. 41. *Maria optimam partem elegit.* Ponunt enim typum esse theoreticæ vitæ Mariam, practicæ Martham. Possumus illorum inventis frui, dummodò meminerimus vitas illas duas non distrahendas esse ut species, sed conjugendas ut partes, per dicta annot. XXXII. no. 1. & 2.

No. 2. Quæ verò nos hac de re tradidimus in Tabulã, Aristoteli debentur ex cap. 7. & 8. Lib. X. Nic.

ANNOT. XXXV. ad lin. 31.

Notitia DEI naturalis & revelata.)

Differunt hæc duæ notitiæ 1. *principiõ*, quod in naturali est lumen naturæ, in revelatã lumen gratiæ. 2. *objectõ*: naturalis (*revelata*) insinuat nobis tantum (*etiam*) cognitionem articulorum non meræ (*mera*) revelationis: e. g. DEUM esse unum in essentiã, (*trinum in personis.*) 3. *usu*. Naturalis non potest Hominem perducere ad vitam æternam, potest revelata.

ANNOT. XXXVI. ad lin. 40.

Potestatem internam cum externa.)

Interna competit Ministris Ecclesiæ, & consistit in potestate docendi Verbum DEI, & administrandi Sacramenta: externa verò Magistratui Politico debita ponitur in Regalibus circa sacra.

originalis. Quod peccatum, quia Gentiles ignoraverunt, non mirum, si Aristotelis eadem fuit hac de quæstione opinio.

No. 3. Contrã sic argumentor: non modo sensitivus, sed etiam rationalis appetitus & quidem in civilibus quoque, post lapsum a naturã *magis* ad malum propendet, quàm ad bonum. E. uterque indiget habitu reflectente ad bonum, qui nullus est alius, quàm Virtus moralis. Valet hæc sententia, etiam si ponas, voluntatem habere se in civilibus *equaliter* ad bonum & malum,

ANNOT.

AD TABULAM VII.

ANNOT. XXXIX. ad lin. 21.

Summum malum practicum.)

No. 1. Summum Bonum, sic & Summum malum ambigüe dicitur: *absolute, & alicui.*

No. 2. *Absolute* Summum Bonum solus DEUS gloriosus: absolute Summum Malum reverâ nullum datur, nec dari potest, tametsi gentiles pervasi fuerunt, tale quid esse materiam primam DEO coæternam, sed ab eo independentem, & illi extreme contrariam. Qua de re vide, quæ diximus in Dilucitationibus Stahlianis Disput. VII. Reg 4. no. 34.

No. 3. Summum Bonum *alicui*, & quidem homini est, quod Tab. V. definivimus & Tab. 6. divisimus in theoreticum & practicum. Actio nimirum secundum virtutem optimam, illinc theoreticam, hinc practicum.

No. 4. Unde vi contrarii sequitur, Summum Malum homini esse actionem secundum vitium pessimum, sive theoreticum, quod sapientiæ; sive practicum, quod prudentiæ opponitur. Ut adeo ipsum quoque sit duplex: theoreticum & practicum.

No. 5. Sapientiæ opponitur error habitualis de DEO, rebusque divinis, ut si quis putet (quod abhorret scribere calamus) DEUM esse injustum. Prudentiæ oppositum versutia est, de qua Tab. XXXIX. in fine.

ANNOT. XL. ad lin. 21.

Mediocritas.)

No. 1. Aristotelis doctrina, quod differentia specifica virtutis moralis sit *mediocritas*, varios nata est adversarios. Sed horum argumenta præcipua facile resolves ex asteriscis nostris, ubi prius observaveris conclusiones earum esse *trium* generum. *Aut* enim concludunt, non omnem; *aut*, nullam virtutem esse mediocritatem; *aut*, si fateatur, omnem virtutem esse mediocritatem, negant tamen, mediocritatem esse differentiam specificam, & in locum ejus substituunt *την ὀρθότητά*, rectitudinem.

No 2. Contra *primum* genus conclusionis notabimus aliquid annot. sq. no. 3. & 4. Cæterum pro eâ conclusione probandâ solent Justitiam objicere, quæ ex ipsius Aristotelis confessione unicum tantum habeat extremum, eoque non sit inter duo extrema mediocris. Respondeo ex * 2. Justitia non est mediocris, subjectivè concedo effectivè nego.

No. 3. Idem responderi posset illis etiam, qui, ut *secundam* conclusionē evincant, cæte-

ras quoque virtutes omnes ajunt uni tantum extremo opponi, non duobus e. g. liberalitatem avaritiæ soli, non etiam prodigalitati huic enim opponi parsimoniâ à liberalitate realiter distinctam. Verum ne hoc quidem concedendum illis est, duas hic esse, distinctas realiter virtutes, quum unius ejusdemque opus sit disponere ad contradictoria per *. 4. v. g. ad dandum, ubi opus est, & non dandum, ubi ratio dissuadet. Atque quidem contradictorios realiter inter se differre necesse est; sed non item talium actuum potentias (qualis est virtus habitualis:) ut patet exemplô voluntatis, quæ habet libertatem contradictionis Tab. IV. lin. 26. Et quidem hujus ipsi libertatis conservatrix est virtus, sicut è contrario vitium est ejusdem destructivum (Conf. Tab. X. in fine.) Unde simul intelligis, cur in virtute res procedat, ut duæ virtutes in unam coalescant, in vicio non procedat.

No. 4. Pro *tertiâ* conclusione urgere solent, negativum, quale quid est mediocritas, (quippe, quæ significet negationem extremorum,) non esse formam specificam rei positivæ. Respondeo ex *. 1. mediocritas virtutis potest hic, & debet etiam, exponi positivè. Virtus est mediocritas inter vitia, negativum quidem, si formale objecti spectes, participativum verò, si materiale per Tab. VIII. lin. 12. 13.

No. 5. Quod autem *ὀρθότητά* seu rectitudinem substituunt, sciendum, in vocabulis discrimen esse, in re nullum. Vult enim Aristoteles mediocritatem illam esse definitam ratione viri prudentis, h. e. rectâ. Hinc virtus illi est *ἐξ ἑκαστοῦ τὸν ὀρθὸν λόγον*. Lib. VI. Nic. cap. 12. Et Lib. X. c. 8. ait: *ἕκαστος τὸν ὀρθὸν τῶν ἠθικῶν κατὰ τὸν δεινισμὸν*. Quid autem sit *ὀρθότητά* in virtute, explicat Lib. IV. Cap. 1. circa liberalitatem. *Liberalis*; inquit, *dabit honesti gratiâ & ὀρθῶς, rectè: dabit enim & quibus oportet, & quantum, & quando, & sic in cæteris, quæ rectam dandi rationem consequuntur, ὅσα ἵππῳ τῇ ὀρθῇ δίδουσι*. Quid hoc aliud est, quàm illa mediocritas, quam * 3. diximus pro circumstantiis sua dictamina variare?

No. 6. Imò verò mediocritatis vocabulum adhuc significantius est, * 5. Ex eo enim simul intelligitur, virtutem affectus non tollere penitus (Tab. VIII. lin. 24) ut voluerunt postea Stoici, sed eos tantum revocare ad temperamentum seu mediocritatem. Quæ significatio non est in voce *ὀρθότητά*. Clamabunt enim Stoici suam quoque *ἀπειθίαν* esse *ὀρθότητά*.

B 2

AD

AD TAB. VIII.

De Objecto virtutis moralis.

ANNOT. XLI. ad lin. 5.

Affectus aliquis indifferens.

No. 1.

Ratio, cur materiale virtutis objectum sit affectus (quod de effectu dicimus, ad actionem quoque externam pertinet per lin. 7.) indifferens, est hæc: quia si affectus jam determinatus est ad Bonitatem moralem, e.g. amor honesti hoc ipso complectitur etiam objecti formale: at nos solum materiale hic investigamus; sin autem ad malitiam moralem, ut invidia, non potest illa, qua tali, induci forma bonitatis moralis: sicut invidia non potest fieri bona.

No. 2. Quod si maxime in objectum determinatæ jam moralitatis agere jubeatur virtus, non tamen cupiet in illud mediocritatem seu temperamentum aliquod introducere, sed illud aut plane tollere, si malum est, (exemplum suppeditabit Tab. XVI. lin. 21. 24. 46.) aut in infinitum augere, si bonum est, v.g. amorem honesti. Atqui nos objectum materiale illud hic vocamus, in quod virtus formam mediocritatis inter nimium & parum consistentes introducere cogitat.

No. 3. E dictis intelliges, quid respondendum sit Hugoni Grotio in proleg. de jure bell. ut doctrinam Aristotelis de mediocritate virtutis everteret, post alia hoc etiam proferenti, quod recta ratio in quibusdam modum sequendum dicet in

quibusdam autem ad summa incitet. *Nam DEUM, inquit, nimium colere possumus.* Etenim ut omittam exemplum hoc esse virtutis moralis laxiore sensu, quam hic secundum Aristotelem facimus, usurpatæ: (Vid. annot. XXXII no. 4.) Respondeo, cultus DEI actio est, non indifferens, sed moraliter bona & debita: quali Aristoteles nunquam voluit mediocritatem induci.

No. 4. Aliter adhuc responderi potest, si vocabulum divini cultus capias indifferenter: nam colere dicuntur & qui perverse colunt, vel ipso fatente Grotio. Enim vero jam dicemus, a pietate seu virtute colendi Deum revera mediocritatem quaeri, ut scilicet nec excedamus colendo Deum, aliter, quam Ipse voluit, nec deficiamus cultum Ejus negligendo. Quo pacto extrema pietatis erunt in excessu superstitio, in defectu irreligiositas.

ANNOT. XLII. ad lin. 7.

Medium.)

Actiones externas hominis medium objectum voco inter internum & externum. Habent enim quasi punctum iocuous in homine, punctum finiens extra hominem. Vincentius bellocensis Lib. I. speculi moralis part. 3. distinct. 48. fol. m. 326. sic rem enunciat: *Operationes exteriores media sunt quodammodo inter res exteriores, que sunt earum materia, & inter passiones interiores, que sunt earum principia.*



AD TAB. IX

De Affectibus humanis.

ANNOT. XLIII. ad lin. 38.

Assentior Cl. Durrio.)

Quem vid pag. 67. Disp. Philos. mor. Sententiam autem meam sic expono, quia virtutis moralis, ut quæ pro subjecto habet voluntatem quoque (per Tab. VII. lin. 9.) officium est frenare & appetitiones voluntatis: has ergo appetitiones affectuum vocabulo hic comprehendo quod & infra facio Tab. XXVIII. punct. II. & 15. Si quis hic dissentit, cum eo, dum rem ipsam teneo, de vocabulis non litigabo.

ANNOT. XLIV. ad lin. 45.

Jason Denores.)

De Constitut. civ. Philos. p. 55. Favet Definitio iræ apud Aristotelem Lib. I. de anima cap. I. *ἄραξις ἀντιλυπῆσις*, cupiditas doloris reponendi vel reponendi, ut vertunt Seneca Lib. I. de ira cap. 3. & Lactantius cap. 17. de ira DEI. Concupiscibilem autem affectum hic interpretare sensu non Platonis, sed Aristotelis, de quo annot. XX. no. 3. Stoici quoque iram subjiciebant libidini teste Cicerone Lib. IV. Tuscul. p. 212. Et Hugo Grotius Lib. II. de jur. bell. cap. 20. §. 29. p. 307. Iracundiam complectitur sub appetitu ad bonum tendente.

AD

AD TAB. X.
De Actionibus humanis.

ANNOT. XLV. ad lin. 9.

Artificiales, quã tales.)

E.g. actio pictoris eleganter imaginem ex arte pingentis, artificialiter, bona est, moraliter, si in se spectetur, indifferens; per accidens tamẽ v.g. si actionẽ hanc suã alteri ex lege justitiã commutativã elocaverit, potest fieri moraliter quoque bona, si talem ex pacio imaginem debens, talem pingat; vel mala, si contra pactum pingat quid pro quo v.g. captum, licet naturalissimẽ delineatum, pro angelo, vel contra.

ANNOT. XLVI. ad lin. 21.

Ut omnes circumstantiã morales.

In his & circumstantia finis seu potiũs intentionis ad certum finem, quã intentio, quum in se sit actio interna, eamque ab extrã callidi homines efficaciter dissimulare queant, ideò ad Politicam moralitatem sæpẽ justitia intentionis non exigitur, ut in bello politicẽ justo. Plura vid. annot, XIV. no. 6. & seqq.

ANNOT. XLVII. ad lin. 30.

Et locomotiva.)

Locomotivam hic intellige non corporis modò, sed animi, de qua annot. XXIII. Distingue autem hanc locomotivam intellectus à potentiã ejusdem cognoscitivã. Differunt perinde ut potentia oculi locomotiva & visiva. Illa libera est, hæc naturalis seu necessaria; illa voluntatis imperio subjecta hæc exempta.

ANNOT. XLVIII. ad lin. 37.

Sed non contra.

E.g. actio locomotiva animi. Hæc sensibus obvia non est. Hinc quid alii versent animò vel cogitent, quamvis ipsi præsentibus sint nobis tamen non ita videre possumus, ut actiones eorum ex locomotivã corporis prodeunt.

ANNOT. XLIX. ad lin. 44.

Omissionis seu negativum.)

No. 1. Talis actus erat Luc. 10. 31. 32. Sacerdotis & Levitã prætereuntium & vulnerato nihil officii præstantium.

No. 2. In his actibus pura est negatio, si actum externum; non pura, si internum illum elicirum spectes. Qui & ipse negativus est quidem ratione objecti seu termini, positivus interim in se. Est enim, si accuratè loquimur, actus volendi non facere.

No. 3. Et hanc ob causam culpa (qua de re Grotius Lib. II. de jure bel. l. cap. XVII. §. 1. 6. 8. 10.) contrahi potest etiam non faciendò, h. e. volendò non facere: quod non esset, si, actus ille omni ex parte & in solidum esset negativus.

ANNOT. L. ad lin. 48.

Gratum Libertatis minimum.)

Vitiis enim habitualibus corrupti sunt suarum libidinum servi, non Domini. Appositè Augustinus Lib. VIII. Confess. cap. 5. *Ex voluntate perversã facta est libido, & dum servitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.*

AD TAB. XI.

De Spontaneo & Invito.

ANNOT. LI. ad lin. 3.

Aliquid homini cum Brutis commune.)

Tale spontaneum est in actionibus eorum, qui non agunt per actum secundum voluntatis, sed vitam tantum animalis vivunt, ut infantes, furiosi, & qui ex affectu præcipitantia agunt, quem delineavimus Tab. XXVIII. puncto 4. & lin. 47. de quibus & Tab. XXVI. * 5.

ANNOT. LII. ad lin. 10.

Principium primum morale.

Pro commentario erit Tab. XXIII. * 3.

ANNOT. LIII. ad lin. 27.

Non judicatur causa sed comes.

Ignorantia vel causa est facti sine qua non, vel comes tantum. Cum causa (comes) est, habet se ad factum ut oris apertio ad actum loquendi (audienti;) sine oris enim apertione non loquimur, (bene tamen audimus.)

ANNOT. LIV. ad lin. 29.

(Ignorantia vincibilis.)

Vocatur & affectata theorem. 5. hujus Tab. quia, qui sua facta per talem ignorantiam excusant, si volunt ignorantes aut esse, aut saltem *videri*, *Esse*, ut illi, qui lectioni legum Academix, in qua degunt, de industria se subtrahentes earum ignorantiam aperte querunt. *Videri* saltem, ut qui legis alicujus humanis mentibus naturaliter insculptæ, vel circumstantiæ certæ moralis à se non ignoratæ, incitiam simulant.

ANNOT. LV. ad lin. 60.

(Ad ultimam specificationem actus.)

Ut venator ille, de quo lin. 18. volebat cædem, sed non hominis.

ANNOT. LVI. ad lin. 63.

(Saltem mediata.)

Homo enim talis volebat immediate ignorantiam. Mediate ergo & actum ab illa ignorantia utcunque dependentem. Applicari hæc possunt & ad actus summè ebriosorum, quid agant, nescientium, quum planè in statum brutorum se tradiderint. Hi si immediate volunt ebrietatem, rei quoque sunt aliquo saltem modo, in judicio ethico, eorum quæ hanc ebrietatem conquirunt. Qui enim consentit in periculum, consentit certò modo in effectum vel eventum periculi, juxta illud: *qui vult antecedens, vult etiam consequens.*

ANNOT. LVII. ad lin. 65.

(Saltem habitus.)

No. 1. Sub habitu volendi comprehendo, ut amicitiam habituales Tab. XXXI. lin. 1. sic & habituale odium in aliquam personam, ut illius hominis, de quo lin. 45. in novercam.

No. 2. Et hic habitus volendi actionem, de qua jam sermo, facit spontaneam, quatenus ea consideratur adhuc ut præsens, etiam ante cognitionem erroris.

No. 3. Posteam verò cognitionem, accedente ipso volendi, vel complacendi actu, actus hic illam actionem magis adhuc tingit aliquam spontaneitate, vel hominem, potius, si actio fuerit malitiæ moralis capax, rerum facit, eo modo quo quis aliena quoque peccata præterita participare potest. Vid. Dilucidationes nostras Stahlianas ad Disput. V. Reg. 4. No. 24.

ANNOT. LVIII. ad lin. 66.

(Quo magis sunt spontaneæ.)

Magis spontaneæ actiones sunt 1. quæ sunt spontaneæ modo homini proprio, quæ de re vide annot. LI. 2. quæ non habent gradum aliquem spontanei & inviti intermedium. Hinc Lib. III. Nic. Cap. 12. ab initio, magis illa dicuntur spontanea esse, quæ ex voluptate fiunt, quàm quæ ex dolore. Ex dolore enim quæ fiunt, actiones mixtæ sunt. Atque his si malæ sunt, in foro saltem politico, non planè denegatur omnis venia.



AD. TAB. XII.

De Principiis actionum humanarum.

ANNOT. LIX. ad lin. 5.

(Repete Tab. X. lin. 40.)

Cæterum nota, non negari, quòd ipse quoque potentia animæ rationalis sint principia actionum externarum, sed de iis tamen hic agere propositi nostri non esse. Quod dici de illis in hanc rem potest, hauriatur è Tab. IV. potentia verò illæ comparatione actuum internorum, ut principiorum *propinquorum*, vocari possunt principia *remota*.

ANNOT. LX. ad lin. 10.

(Conscientia rei factæ vel faciendæ.)

No. 1. Conscientia significat vel *potentiam* animæ, vel *actum*, h. e. certam propositionem in mente formatam & ita h. l.

No. 2. Utroque modo sumta est vel rei *factæ* (subaudi tantum) vel (etiam) *faciendæ* Deprompsi hanc distinctionem ex Horneji Lib. III. Philof.

mor. Cap. IV. No. 3. p. 318. Illa vocari quòque potest singularium, hæc universalium.

No. 3. utriusque conscientia opus spectatur in Syllogismo practico, quo homo sibi bene vel male conscius seipsum vel absolvit, vel damnat.

No. 4. Exemplum petamus à Caine fratricida. Cum eo sic agebat conscientia mala: *Quicumque fratrem occidit, ille peccat, & reus est supplicis. Tu Cain fratrem occidisti. E. Tu Cain peccavisti, & reus es supplicis.*

No. 5. In tali Syllogismo Major Propositio (*Minor & Conclusio*) semper est actus conscientia universalium (*singularium*) ipsa quippe universalis (*singularis*).

No. 6. Conscientia *universalium* sumta pro *potentiâ*, est habitus intellectus practici, versans circa discrimen honestorum & turpium in universalium, sive discrimen illud manifestetur in principiis primis practicis, quorum habitus speciale nomine voca-

AD TABULAM XII.

15

vocatur *consequens*, five in Conclusionibus, quæ inde possunt elici.

No. 7. Sumtam verò hanc conscientiam pro *actu* definivimus lin. 3. & sic nihil est aliud, quàm Propositio Major Syllogismi mentalis practici, cuius exemplum dedimus no. 4.

No. 8. Conscientia *singularium* sumta pro *potentiâ* est ipsa memoria intellectiva, restricta ad cuiusque hominis facta moralia propria.

No. 9. Eadem conscientia sumta pro *actu* nihil aliud est, quàm minor Propositio, vel Conclusio Syllogismi, qualem modò memoravimus.

No. 10. Conscientiæ *universalium* officium est facta hominis cuiusque moralis, futura quidem dirigere ad normam rectæ rationis, præterita verò iudicare, sed utrumque in universali.

No. 11. Conscientiæ *singularium* officium est in singulari, sola facta præterita, si moraliter bona (*malæ*) sunt, defendere (*accusare*) per minorem Propositionem, & hominem ipsum absolvere à culpa (*condemnare*) per conclusionem Syllogismi Practici.

No. 12. Juxta hæc dividitur talis conscientia singularium in *bonam*, quæ testimonium perhibet de facto morali præterito bono, & *malam*, quæ de malo tanquam de objecto suo.

No. 13. Itaque conscientia talis bona & mala vocatur *objectivæ*. Adde & *effectivæ*: bona enim, conscientia parit rem bonam, voluptatem, (Tab. XXX. lin. 39.) mala rem malam, dolores & cruciatus animi.

No. 14. Interim utraque conscientia præsupponendo, quod testimonium ejus sit verum, *formaliter* bona est. Bonitas enim formalis cujusque Propositionis consistit in ejus veritate. Et hoc sensu in judiciis quoque testis verus & bonus Synonyma sunt, & vicissim falsus & malus.

No. 15. Similem in modum conscientia universalium dividitur *formaliter* & analogicè in bonam & malam, seu, quod idem est, veram & falsam, *rectam* & *errantem*. Vid. lin. 16. & seqq.

No. 16. His duabus speciebus vulgò tres alias addunt conscientiam videlicet *probabilem*, *scrupulosam* & *dubiam*, simulque præsupponunt conscientiam *rectam* & *certainam* esse Synonyma.

No. 17. Verùm ut à *posteriori* incipiamus, *recta* & *certaina* conscientia perpetam habentur pro Synonymis. Potest enim esse *recta*, quæ non est *certaina*, sed *probabilis* tantùm, ut si quis idiota subditus credat summæ potestati, etiam injuste agenti, non esse rebellandum, sed patiendam potius injuriam: non quòd possit hoc effatum ex suis principiis demonstrare, sed quòd assentiatur hominibus doctis hoc subinde inculcantibus.

No. 18. Quod ad *primum* verò attinet, sciendum, illam quinquemembrem divisionem esse simul & confusum chaos multarum divisionum, & membris quibusdam mutilam, ut patebit è dicendis. Etenim si membra illa omnia rectè volumus

explicare, à seque discernere, sic procedendum est.

No. 19. *Primo*. Actus conscientiæ universalium vel *positivum* est, vel *negativum*. Positivum (*negativum*) voco, qui quætionem propositam moralem affirmat vel negat (*nec affirmat nec negat, sed suum de ea iudicium plane suspendit*). Et actus negativus est ille ipse, quem vocant conscientiam *dubiam*. Possit etiam vocari *suspensa*, & positivæ indere licebit nomen conscientiæ *decidens*.

No. 20. *Secundo*. Decidens conscientia in ordine ad rem ipsam extra intellectum humanum, subdividitur in *rectam* & *errantem* definitam à nobis in Tabella. Quæ duæ species quia differentiis contradictoriis separantur, tertiam non admittunt.

No. 21. *Tertio*, aliâ ratione eadem conscientia decidens in ordine ad *modum intelligendi*, & quidem æstimato à parte *principii*, subdividitur in *certainam*, quæ oritur ex *scientiâ*, & *probabilem* seu opinionativam, quæ ex opinione. Facient hûc quæ diximus no. 17. De probabili conscientia celebris hodie est illa, quam vocant, *Probabilissimi* controversia.

No. 22. *Quarto*, si verò ex partæ *formæ* modus intelligendi æstimatur, conscientia decidens vel conjuncta est cum aliquo metu oppositi, & vocatur *scrupulosa*; vel non conjuncta, & vocari potest *non-scrupulosa*.

No. 23. Plura de conscientiâ repetantur à Theologis casuistis. Unum adhuc addo: conscientia dubia similis est testi *nescienti*, *recta vero*, *errans falso*, *certaina oculato*, *probabilis aurito*, *scrupulosa varianti*.

ANNOT. LXI. ad lin. 30.

(*Inefficacem*.)

Talis voluntas est impossibilem ut sic. Vid. Stahl. part. I. Disp. X. Reg. 3.4. th. 8. sq. sæpè etiam difficilem tantùm & laboriosum, sicut ignavi homines volunt quidem eruditionem, sed non item ejus instrumenta, labores & vigiliæ.

ANNOT. LXII. ad lin. 46.

(*Extra potestatem deliberantis &c.*)

Illud &c. sic exple è precedentibus; vel in cuius gratiam deliberatur.

ANNOT. LXIII. ad lin. 53.

(*Aristoteles Lib. III. Nicom.*)

No. 1. Fecit hoc Aristoteles capitibus prioribus quinque, singula videlicet è commemoratis singulis capitibus persequens, eo ordine, quem hic expressimus.

No. 2. Quod scopus Aristotelis ibi fuerit definitionem virtutis declarare ex parte differentie *generice*, observatum è Gifanio pag. 151. ad Nic.

& Go-

& Gœlenio p. 17. Exercit. Ethic. & probatur ex ipsis definitionis visceribus cum exegeſi Aristotelis comparatz.

No. 3. In definitione virtutis quæ Lib. II. Nic. cap. 6. legitur, ad tria vertendus imprimis est animus. Definitur enim ea, quod sit 1. *habitus*, 2. *elektivum*, 3. positus in *mediocritate*. Horum primum *genus* est, secundum differentia *generica*, tertium *specificum*. Ad *generis* declarationem pertinet cap. 5. dicti libri; ad differentia *specificam*, cap. 7. 8. 9. seu ultimum; ad differentia *genericam*, capita quinque priora Lib. III. ut diximus.

No. 4. Igitur hæc tria commemorat quoque in recapitulatione, quæ habetur prope finem cap. 5. ubi ait, dictum à se esse, *ὅτι μεσότητις εἶναι*, (h. e. illud *tertium*.) *καὶ ὅτι εἶναι*, (hoc est *primum*.) & post pauca: *ὅτι ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ ἐκείνους*, quod referendum est ad *secundum* *της παραδείσεως* seu *electionis* quippe quæ est aliquid *ὀικειότατον τῆ ἀρετῆς*, initio cap. 2. Lib. III. res virtuti conjunctissima, & definitur ibidem, quod sit *ἐκείνων ἀναγκαῖον* spontaneum prædeliberatum. Quæ ipsa definitio, ut rectius intelligeretur, de *spondaneo* quoque & deliberatione seu *consultatione* agendum fuit. Et hæc tractatio ob argumenti affinitatem, excurrit quoque ad doctrinam de *voluntate & libero arbitrio*.

No. 5. Quæ cum ita sint, nihil minus cogitavit Aristoteli in his capitibus initialibus Lib. 3. quam ut illa quinque consideraret sub eâ ratione, quæ sunt, vel haberi possunt, principia humanarum actionum. Id quod ulterius sic ostendi potest; quia cum vocabulum *ἀρχῆς* seu principii in illis quinque capitibus decies septies usurpet, nullibi tamen adhibuit illud ad significandum ullum ex istis quinque conceptibus, exceptò solo actu voluntatis, qui *ἀρχῆς* numine venit cap. 1. in Definitione spondanei (vid. Tab. XI. fin. 10.) quatenus

spontaneum restringitur ad id, quod homini est proprium.

No. 6. Ex eadem spontanei Definitione efficaciter probari potest, quod Aristoteles spontaneum saltem non consideraverit per modum principii, sed principiatum. *Spondaneum* enim, inquit, *est cujus principium est in agente*. Sanè id cujus est principium, quæ talè, non est principium, sed principiatum. Et verò per spondaneum intelligitur certa quædam actionis externæ species. Tab. X. * 2. actionem autem externam omnes habent pro principiato, Hujus ergò actionis differentia quædam, non principium efficiens, est spontaneum.

No. 7. Pater è dictis, qui fuerit scopus Aristotelis. Quem si sequi voluissemus, principium actionum spontaneorum potuissemus nominare non nisi unicum, primum nempe illud, actum voluntatis, sumtæ cum respectu ad finem & media simul; præsertim cum in hoc actu unice moralitas actionum quiescat, per annot. XIV. n. 4.

No. 8. Ut tamen condescenderemus qualitercunque receptæ doctrinæ, quatuorque principia numerarem, distinximus hunc actum ratione objecti in actus duos, unum circa finem, qui est *Voluntas* strictè dicta, alterum circa media, qui est *Electio*: hisque duobus præposuimus totidem actus intellectus, circa finem *conscientiam*, circa media *consultationem*.

No. 9. Porro quanquam ex his nihil Aristoteles egit de conscientia: de hac tamen egit Hornejus pag. 317. Phil. moral. occasione spontanei, quod ipsi est principium actionis, & Hornejum sequuti alii quidam, ut Cellarius.

No. 10. Verum rectius Ifterus Lib. II. Synopsos Phil. moral. cap. 3. §. 5. p. 56. exclusò ex principii spontaneo, quod ante ipsum jam & Stahlus fecerat Lib. II. Ethic. sect. 1. cap. 3. & 4. conscientiam substituit in ejus locum, quem sumus in Tabula hæc sequuti.



AD TAB. XIII.

De Divisione Virtutis Moralis.

ANNOT. LXIV. ad lin. 2.

Ut genus in species.)

No. 1.

Quari potest, an hæc prima Divisio virtutum fiat in species an in partes? Resp. in species, si supponas, virtutes non esse connexas; in partes, si connexas: Quo è fundamento etiam annot. XXXIII. n. 1. definivimus, beatitudinè theoreticam & practicam deferre, ut partes, non ut species, quia connecti debent, non divelli in status separatos.

No. 2. Partes autem hic intellige *integrales*, licet analogicè sic dictas, quales exhibebit & Tab. XLIX. lin. 10.

No. 3. Porro quia partes hæc integrales simul sunt *dissimilares*, nova quædam ratione ipsa hæc divisio in partes simul est in species, quatenus pars quævis dissimilatis ab alterâ parte speciè differt. quod & Galenus observavit Lib. VI de decretis Hippocratis & Platonis cap. 2. Nimirum quia partes dissimilares tametsi connectuntur in toto, disjunguntur à se tamen per proprias essentias, quod in partibus similitibus non procedit.

No. 4. Vicissim quæ specie differunt, etiam si non connectuntur in eodem subjecto, vocari ta-

men

AD TABULAM XII.

men solent patris, sed subjectiva, quod & nos fecimus Tab. XXIV. lin. 18.

No. 5. Verum quia tota hac controversia theoretica est magis, quam ad praxin scitu necessaria, non opus est, ut in ea se quis angat. Ea propter Tabula dicta lin. 10. promiscue loqui volumus.

No. 6. Elegimus autem speciei hic potius nomen quam partis, qui solet in Definitionib⁹ singularum virtutum specialibus poni loco generis virtus in casu recto: quod alias deberet poni in casu obliquo. De partibus enim integralibus dissimilaribus nomen totius non predicatur proprie in casu recto.

ANNOT. LXV. ad lin. 3. & 4.

Ab objecto precipue interno.)

Fundamenta quaedam hujus praevisiois jecimus Tab. VIII. theorem. 3. (quo refer & observationem Strigelii est p. 126. & 137. ad Aristotel. Nicom.) & Tab. IX. Divis.

ANNOT. LXVI. ad lin. 21.

Gravium dignitatis exilem.)

No. 1. Homileticae virtutes, comparatione justitiae & similium virtutum majoris momenti, sunt exiles, quia vitia iis contraria, modo non conjuncta sunt cum vitiis gravioris subfellii, non reddunt hominem statim politicè malum seu improbum, praeterquamque civili obnoxium.

No. 2. Nam neque leges civiles solent de virtutibus homileticis praecipere, sed hoc munus est alterius doctrinae, quae dat praeccepta de civilitate morum. Haec praeccepta si quis violat, non improbus statim aut nequam vocatur, sed incivilis aut barbaro vocabulo grobianus.

No. 3. Atque huc tendere videtur Aristoteles Lib. IV. Nicom. c. 7. p. 180. cujus judicio jactator est potius *vauu* (ματαιος) quam *malus* κακός.)

No. 4. Caeterum hinc est, quod Strigelius p. 216 & 217. ad Ethica Phil. virtutes homileticas caeteris opponit tanquam non-necessarias necessariis; Jason vero Denores p. 47. de constit. Phil. civil. ornamenta virtutum eas vocat potius, quam virtutes.

ANNOT. LXVII. ad lin. 25.

Moralium particularium.)

Notanter ita dico, ut excludam prudentiam, quae non est *moralis*, & justitiam universalem, quae non est virtus *particularis*, quarum utraque interim annumeratur virtutibus cardinalibus.

ANNOT. LXVIII. ad lin. 30.

Τὰ πρῶτα τῆς Οὐσίας.)

No. 1. Vocantur & τὰ πρῶτα κατὰ Οὐσίαν latine *prima nature*, apud Cicer. Lib. III. de finib. pag. 94.

qui & *mox-initia*, item *principia nature*, alibi & aliter appellat.

No. 2. Neque enim horum infrequens est apud ipsum in libris Philosophicis mentio. Meminit ex eorum Augustinus Lib. XIX. de Civ. D. cap. 1. seqq. Gellius item Lib. XII. c. 5. Ex recentioribus inveni ea apud Camerarium p. 38. in Nicom. Lipsium Lib. II. manuduct. ad Stoicam Philosoph. Dissert. 18. Hugonem Grotium Lib. I. de jure belli cap. 2. §. 1. p. 14. Seldenum de jure naturae c. 1. & Hieron. Wolfium, quem citavi th. 18. Disp. de *Φιλανθρία* lit. n. Puto autem appellationes illas primum produisse scholam stoicorum.

No. 3. Per prima vero naturae intellige illa bona, quae homo naturaliter, ut *animal*, appetit, sive *passiva*, qualia sunt voluptates ex cibo, potu venere, sanitas, vita: sive *privativa* qualia sunt indolentia, incolumitas membrorum, evitatio vulneris & similia bona corporis & jucunda.

No. 4. Inde autem vocantur *prima* naturae, quia prius homo vivit vitam animalis, quam hominis.

No. 5. Ab his contra distinguntur ea bona, quae homini *ut homini* expetenda sunt, qualia sunt honestum, & bona animi: ut virtutes, quae licebit nobis appellere *secunda* naturae non dignitate, sic enim *prima* sunt, sed tempore, quo solent appeti.

No. 6. Caeterum ut intelligas, quomodo fortitudinem & temperantiam ad τὰ πρῶτα τῆς Οὐσίας retraxerit Aristoteles, observa, quicquid est moralium virtutum particularium, comprehendisse posse nominibus Temperantiae & Fortitudinis, si late accipiantur: ut Temperantiae sit, officium sit moderatio in prosequendis bonis: Fortitudinis autem in fugiendis malis. Hinc & Epictetus duobus praecceptis omnem complexus est moralem doctrinam *sustine*, (in malis per Fortitudinem) & *abstine* (in bonis per Temperantiam) Ac tametsi Plato duas has Cardinales virtutes non separaverat his discriminibus, probabile tamen est id alios fecisse, etiam ante Aristotelem.

No. 7. Jam bona & mala homini alia qua tali alia quatenus animali obijciuntur. Inter bona hominis *ut hominis* est, v.g. honor, cujus oppositum infamia fugitur ab homine. Unde & pudor, quem infamiae timorem definiunt, est effectus hominis proprius. Bruta certe nihil pudet. Nimirum, quia nec honorem appetunt, si proprie loquimur, imò ne divitias quidem.

No. 8. Quod si ergo quis ab objecto Temperantiae ac Fortitudinis excludat bona ac mala hominis *ut hominis*, sicut Aristoteles fecit, is profecto virtutes, illas censentus est restringere ad bona & mala hominis *ut animalis* h. e. ad τὰ πρῶτα τῆς Οὐσίας. Et hoc satis clarè facientem Aristotelem in materia Temperantiae videbimus annotat. LXXXIII.

No. 9. Sed ut mens Philosophi adhuc clariùs pateat, observa Summum Bonum *animalis* *ut sit* puta,

ANNOTATIONES

puta, quod ab animali sub forma propria cognosci & appeti potest, esse positum in voluptatibus corporis positivis, & Summum Malum in doloribus corporis positivis, & inde oriundâ morte violentâ, ut quæ terribilium est terribilissimum, per annot. LXXVIII. n. 5. Jam cum in his duobus nequaquam consistat hominis quoque ut hominis Summum Bonum & Malum, necesse est ut in eorum appetitione & fugâ servet aliquod temperamentum, in eoque dictamini rectæ rationis obsecundet. Appetitionem ergo voluptatem corporearum moderatur Temperantia: fugam verò mortis violentæ, & quæ illi viam præparant, Fortitudo, sed utraque pressus accepta, quàm factum fuit à Veterib⁹. Cum his confer, quæ diximus annot. VIII. n. 4. seqq.

ANNOT. LXIX. ad lin. 31.

Cui soli Plato.)

Putâ in doctrina de quatuor Virtutibus Cardinalibus.

ANNOT. LXX. ad lin. 38.

Non sufficit ratio magni & parvi.)

Sensus est: discrimen specificum inter Liberalitatem & Magnificentiam, ac similiter inter Modestiam & Magnanimitatem non potest firmiter probari ex eo, quod objecta earum, pecunia & honor, differant magno & parvo. Sequeretur enim aliâ pari modò potentias videndi (*numerandi*) montè (*numerum*) magnum & parvum specie differre, quod absurdum.

AD TAB. XIV.

Synopsis omnium virtutum & vitiorum moralium.

ANNOT. LXXI. ad lin. 4.

Excessui an defectui sit proprius.)

PRout scilicet nomen ejus excessui vel defectui curavimus è regione poni.

ANNOT. LXXII. ad lin. 34.

Nomina peculiaris.)

No. 1. Conqueritur hæc de re Aristoteles frequentissimè in Ethicis, in primis plus vice simplici Lib. II. Nic. c. ult. ubi & jubet *ὀνομασπαιν*, i. e. nomina facere nova vel potiùs Veteribus novum sensum dare. Atque sic fecit ipse.

No. 2. Videtur autem hæc *ὀνομασπαιν* in Ethicâ Aristotelis tres habere modos.

No. 3. Quorum primus est, cum privati-
onis alicujus nomen transfertur ad habitum moralem, ut cum *ἀναίσθησις* vocatur ille, qui circa Temperantiam deficit.

No. 4. *Secundus*, cum vitii vocabulum transfertur ad virtutem, ut cum *φιλοτιμία*, quæ apud Græcos vulgò ambitionem, h. e. vitium in appetendis honoribus excedens designat, significat, ipsam quoque circa objectum illud mediocritatem. In sensum bonum etiam Paulus id vocabuli trahit, quum ait 1. Thess. IV. v. 11. *φιλοτιμίᾳ ἢ ἰσοπέθει* & *ἰδία*.

No. 5. *Tertius* modus, cum nomen unius virtutis transfertur ad aliâ, sive re sive solò

conceptu differentem. Quod ipsum quoque *ἰσφαιρῶν* fieri, observes, 1. transferendò nomen generis ad speciem, quomodo *ἀλήθεια*, quæ in genere significat veritatem quamvis, usurpatur pro solâ veritate homileticâ. 2. transferendò nomen speciei vel quasi ad speciem, quomodo *φιλία*, cum amicitiam propriè denotet; quæ aut virtus quædam est, aut virtuti conjuncta Lib. VIII. Nic. c. 1. p. 316.) usurpatur pro comitate. 3. transferendò nomen quasi speciei ad genus, vel partis ad totum, quomodo Liberalitatem, quàm vulgò tantum in officio dandi, & quidem gratis, spectent, Philosophus trahit ad officium non dandi quoque, sed & accipiendi, & faciendorum sumtuum, ut Tab. XVII. Annot. 88 intelligemus.

ANNOT. LXXIII. ad lin. 39.

Tametsi Liberalitati.

Opus fuit hæc observatione, ut specificatio virtutum ex objectis, quæ est in hac Tabula, concilietur cum specificatione Tabulæ procedentis.

ANNOT. LXXIV. ad lin. ult.

Hominum perverſe φιλαύτων.

Si comparentur sc. cum objecto singulis virtutibus proprio. Atque ita facimus in singulis Tabulis specialibus sub membro mediocritatis. De *φιλαυτία* verò vide Tab. XXXI. membr. 4.

AD TAB. XV.

De Fortitudine.

ANNOT.

AD TABULAM XV.

ANNOT. LXXV. ad lin. 4.

Et sic Aristoteles.

Agnovisse hoc videtur & Gassendus Lib. II. Ethic. c. 3. Tom. II. Oper. f. 765.

ANNOT. LXXVI. ad lin. 6.

Circa metum proprie sic dictum.)

No. 1. Metum hunc proprie dictum, declarant ea, quæ postea lin. 10. & 21. proferuntur, quibus jungit, quæ diximus, annot. XVII. n. 4. & 6. & annot. LXVIII. n. 9. & 10. Atque in his omnibus præcipue notanda venit distinctio inter id, quod metuit homo *ut animal & ut homo.*

No. 2. Eam sic effert Philosophus Lib. III. Eudemior, c. 1. cum dicit, formitabilia quædam esse *simpliciter* (ἀπλῶς,) quædam *alicui* (τινί;) priora mox etiam vocat τὰ τῆ ἀνθρώπινῃ φύσει φοβία, *formitabilia natura humana,* puta non quatenus humana est, sed quatenus animalis. Nam & hæc in omnibus hominibus est eadem. Hujus autem generis formitabilia sunt proprium fortitudinis objectum. His opponuntur formitabilia non omni homini, sed alicui, qualia sunt dedecus, paupertas & similia. Nec enim ea metuit homo quatenus est animal sed quatenus sic vel aliter moratus. Itaque alius ea metuit, alius non meduit; ut paupertatem, cujus medus sollicitat avarum, prodigum non sollicitat.

ANNOT. LXXVII. ad lin. 12.

Dolorem positivum.)

No. 1. Distinctio inter dolorem *positivum* & *privativum* notanda est, ut Fortitudo eo melius possit distinguere à Temperantia, quæ & ipsa versari dicitur circa dolorem, sed privativum Tab. sq. lin. 25.

No. 2. Licebit autem dolorem *positivum* in genere definire, qui nascitur e rei molestæ præsentia: & *privativum*, qui e rei jucundæ absentia.

No. 3. Similem in modum possis & voluptatem distinguere in positivam & privativam; ut illa sit, quam rei jucundæ præsentia; hæc, quam molestæ rei absentia; gignit, Conf. annot. LXIII. n. 3.

ANNOT. LXXVIII. ad lin. 18.

Mortem terribilissimum terribilissimum.)

No. 1. Passim decantatum est illud Aristotelis Lib. III. Nic. c. 6 p. 119. Φοβερῶτατον ἡ θάνατος. Sed hoc, ut recte intelligatur, cautionibus suis muniendum est.

No. 2. Limita ergo *primo* ex parte prædicati: mors est terribilissimum inter ea, quæ sunt homini formitabilia *ut animalis,* per annot. LXXVI. no. 2.

No. 3. Plane ergo ineptus fuit Monachus ille

de quo Wesselus Gronigenus Tractat, de Providentiâ Dei. p. 724. Oper. edit. Amstelodam. Anno 1617. hunc in modum scribit: *Frater Johannes Aquigrani tam plenis & immoderatis verbis anxie illius (mortis) dolorem, ut suo mendacio resuscitatum induceret, asserentem, se male omnem purgatoris pœnam, insò omnem inferni pœnam usque in novissimum diem perferre, quàm denuo mori.* Confudit ille formitabilia *animali* cum formidabilibus *homini.*

No. 4. Cæterum hæc eadem distinctio ipsi quoque Wesselo est opponenda, qui di&ò loco p. 725. negat simpliciter verum esse, quod de morte diximus. *Nam, inquit, unicuique sui amoris jactura terribilissima est: avaro pecunie, ambitioso gloria jactura, crudeli potentie, sapienti sapientie jactura.* Tales enim jacturæ omnes formitabiles sunt homini, *ut homini,* non ut animalis; formitabiles, aliquibus non toti humanæ naturæ.

No. 5. Limita *secundo* ex parte subjecti, de morte non quavis, sed violenta: qualis est bellica. Mors enim naturalis sine dolore est, ut probant Conimbricenses ad Lib. II. de generat & corrupt. c. 10. q. 1. art. 3. p. 485. *Neque verisimile est* (inquit Wilhelmus Parisiensis Tractatu cur DEUS Homo Tom. II. Oper. f. m. 74. *(Naturam brutalem invisi autem repugnantem mortem accipere, nisi forte violenta sit ei illata, sed si senio & naturali resolutione adveniat, omnimò eam nihil molesti habere verisimile est.* Conf. quæ diximus annot. LXVIII. no. 9.

ANNOT. LXXIX. ad lin. 20.

Sicut cujuslibet virtutis vera.)

No. 1. Divisio virtutis in veram & apparentem, quam ex III. Nic. 8. soli Fortitudinis hic applicuimus, haud dubie cadit in cæteras virtutes omnes.

No. 2. Veram autem Fortitudinem ab apparente distinguunt non *externæ* actiones, hæ enim utrobique similes esse possunt, & hoc ipso faciunt illam apparentiam; sed *internæ*; ac maxime *intentio plene* voluntatis in finem *ultimum.*

No. 3. Quem si animus veram honestatem proponit, vera virtus est; sin quid aliud præter honestatem aut gloriam, lucrum, aut quid tale; aut ne plenam quidem voluntate operatur; non vera, sed apparens, in forò sc. Ethicò. Vid. annot. XIV. n. 9.

No. 4. Cæterum quod in Fortitudine prævit Aristoteles, id Scholastici in abstinentia quoque quæ Temperantiæ species est, imitati sunt Distinctionem ejus in veram & apparentem hic versic. exhibet:

Abstinet ager, agens, cupit, gula, simia, virtus.

No. 5. Eum sic interpretatur Peibartus de themesvvar Serm. 7. Quadragesimali. Expone: *abstinens ager,* vel qui non potest comedere, vel propter medicinam; *agens,* qui non habet; *cupit,* qui non vult expendere; *gula;* ut post avidius comedit; *simia;* i. e. hyperetica, ut laudetur; *virtus*

ANNOTATIONES

i. e. virtuosus, ut mereatur. Recte cætera, & ad mentem Aristotelis Lib. I. magnor. moral. c. 22. male hoc ultimum &c. planè ex more Pontificio- rum, qui virtutibus suis colum mercari cupiunt. Vera virtus non mercede ducitur, sed purò amore DEI h. e. non utili, sed honesto.



AD TAB. XVI. De Temperantia.

ANNOT. LXXX. ad lin. 2.

(Ad Homonymiam.)

Confule annotat. LXVIII. no. 6. seqq.

ANNOT. LXXXI. ad lin. 6.

(Gustu & tactu venero.)

No. 1. Vid. ibid. & annot. XVIII. no. 6.

No. 2. Quòd autem tactus nomine in Definitione Temperantiæ solum venerum intellectum voluerit Aristoteles, clarissimè docent verba ultima cap. 10. Lib. III. Nic. cum ait: non enim intemperantia hominis tactus per totum corpus sparsus est, sed quibusdam partibus circumscribitur, p. 135.

ANNOT. LXXXII. ad lin. 9.

(Per unitatem objecti.)

No. 1. Quia virtutes specificantur objectis materialib⁹ per theor. i. & 2. Tab. VIII. idè & unitatem suam quælibet virtus accipit ab unitate objecti.

No. 2. Jam cum objecta Temperantiæ specialissima tria sint, unde & in totidem specialissimas species dirimem⁹ eã membro IV. hujus Tab. (v. & Tab. XIII. *. 6.) ut nihilominus ipsa retineat rationem justæ speciei, saltem intermediæ, à tribus illis objectis abstrahenda est communis natura.

No. 3. Id ita fiet non incommodè, si dicas objectum Temperantiæ esse voluptatem tactus in corporis parte determinatâ tantum se exerentis. Per hæc enim distinguitur ista voluptas à reliquarum sensuum omnium voluptatibus. Per vocabulum tactus quidem à voluptate visus, auditus & odoratus; per cætera verò (in corporis parte determinatâ tantum se exerentis: à voluptatibus tactus communis per totum corpus sparsi.

No. 4. Ubi observa, vocabulum tactus hoc locò sic ampliari, ut significet omnem sensum, qui objectum suum non aliter percipit, quam si per contactum corporeum illi jungatur: unò verbò sensum omnem frutivum, uti vocavimus annot. XVIII. no. 2. Unde sub hoc tactu est & gustus.

No. 5. Egregius in hanc rem locus est Philosophi III. Nic. 10. p. 134. Ubi de ἀπλάσει seu frutione (tali videlicet, à quâ ipse I. Nic. 5. vitam eorum, qui præter ventrem & ea, quæ sub ventre, nihil curant, τὸν ἀπλάσειον determinaverat,) sic scribit; ἢ γίνεται πᾶσα δὲ αἰσῆς, καὶ ἐν στίοις καὶ

ἐν ποτίοις, καὶ ἐν τοῖς ἀφροδισίοις λεγομένοις. Aperte ait, omnium harum rerum frutionem esse in tactu, unde & mox tactum vocat communissimum sensuum, in quibus per intemperantiam peccari possit.

No. 6. Quem locum planè non intellexerunt, qui tactum idè putaverunt ab Aristotele communissimum sensuum, h. l. dici, quia sit per totum corpus diffusus, ut Velstenius Disp. VIII. Eth. qv. 3. Christianus Matthiaz, lib. III. System. Eth. p. m. 162. Magirus Commentar. in Nicom. p. 291. Balfouerus ibid. p. 190. & alii. Ab objecto enim Temperantiæ tactus ille, qui per totum corpus diffusus est, planè exulat per annot. præced. n. 2.

N. 7. Ergò alium tactum intellige, quâ sit communis gustui, & sensui venereo. Tangunt enim & qui Como, & qui Veneri litant. Vid. & Disp. de Temperantiâ th. 48. seqq. Et verò Aristoteles tactum illum communissimum vocavit, non sensuum, simpliciter, & omnium, sed eorum tantum, in quibus per intemperantiam peccari possit. Quæ verba ejus restrictiva, quasi supervacanea essent, prædervidisse illi aut nullo habuisse numero videntur.

ANNOT. LXXXIII. ad lin. 15.

(Quæ homini competunt ut animali.)

Hoc jam sæpius inculcatum, imprimis annot. LXVIII. no. 8. Hic monstro tantum Aristot. locum III. Nic. 10. statim, ubi tactum dixisset communissimum esse sensuum in hoc argumento subjicientis: Jure igitur vituperari intemperantiam, ὅτι ἔχῃ ἢ ἀνθρώποι ἔσμεν ὑπάρχει, ἀλλ᾽ ἢ ζῶα, quia nos afficiat, non quatenus homines sumus, sed quatenus animalia: omnino autem his talibus gaudere eaque habere in deliciis, esse belluinum, θνητῶδες. Plura dixi in Disp. de Temperantiâ, th. 43. & seqq.

ANNOT. LXXXIV. ad eand. lin.

(Nisi ex obliquo.)

No. 1. Quæ visu, auditu, odoratu, adde & tactu communi à cæterisque tactuum generibus separato, percipimus, ea Temperantiæ objectum externum aut sunt, aut non sunt.

No. 7. Si non sunt, & tamen delectant, sicuti visui gratum est ædificium pulchrè extructum, auditui concentus harmonicus, per se & directè delectare

AD TABULAM XVII.

lectate dicuntur. Atque talis voluptas non cadit in bestias, nec est objectum temperantiae.

No. 3. Si verò sunt & hoc ipso delectant, quia spem aut imaginationem faciunt fruendi talibus objectis, sicut impudici delectantur adpectu feminae, quamvis non formosissimae, & parasiti strepita verum lice tincto, dicuntur *per accidens & oblique* delectare. At talis voluptas cadit in brutam etiam, & sit Temperantiae objectum saltem obliquum. Atque ex his plenius intelliges, quae annot. XVIII. no. 3. diximus.

ANNOT. LXXXV. ad lin. 21.
Præter hanc datur etiam.)

No. 1. Distinctio hæc cupiditatum est Aristotelis in 1^o cap. 11. lib. III. Nicom. Ubi *communis illi* *ἡ δὲ κατὰ φύσιν*, proprie *ἰδίαι* & *ἡθροίαι*.

No. 2. Est autem distinctio cupiditatum necessarium, h. e. earum, quæ sunt objectum Temperantiae, ut clarè habes VII. Nic. 4. p. 280. Nam cupiditas victoriæ, honoris, divitiarum & similiarum rerum ibid. vocantur *non-necessariae*, puta quia sine his rebus & vivi, & genus humanum propagari potest.

ANNOT. LXXXVI. ad lin. 25.
Dolor privationum.)
Repete, quæ diximus annot. LXXXVII.



AD TAB. XVII.
De Liberalitate.

ANNOT. LXXXVII. ad lin. 8.
Bona fortuna.)

No. 1. Nummis æstimari solent non modò bona fortuna, ut vestis, pileus, cibus, potus, sed etiam quædam bona animi, quæ scilicet sunt in prædicamento actionis per Tab. III. lin. 19. ut, praxis artis medicæ, scientiæ juridicæ, Philosophicæ, quæ sit præscribendò medicamenta, patrocinandò in judiciis, docendò in Scholis; imò praxæ etiam artium manuariorum, quandoquidem & hæc, quoniam sunt species artis, virtutibus intellectualibus accensendæ veniunt, nec minus operas suas pro pecuniâ elocant, quàm ars Medici, Causidici aut Ludimagistri.

No. 2. Notantur igitur dixi, bona fortuna, ne quis confundat Liberalitatem cum Officiositate. Cum pauperi vestem, pileum, cibum, potum dono, liberalitas est; cum eundem gratis cura Medicus, gratis coràm judiciò defendit Causidicus, lavat gratis Balneator, Officiositas est. De qua plura mox annot. LXXXIX.

No. 3. Inter æstimabilia nummò bona fortunæ & animi hoc inter est, quòd illa sint entia *permanencia*, hæc *successiva*, actiones quippe vel operæ.

ANNOT. LXXXVIII. ad lin. 12.
Accipiendæ.)

No. 1. Vapulat à multis novatoribus Aristoteles, quòd liberalitatem exerceri statuerit etiam *accipiendo*, unde scilicet oportet: de quò vide ipsum IV. Nic. 1. prorsus contra styllum vulgarem, quo liberalitatem in accipiendò non nisi per Ironiam, aliquem dicimus, significaturi, eum minime liberalem, sed avarum esse potius.

No. 2. Verùm facile est Philosophum tueri. Distingve inter liberalitatem *vulgariter* & *philosophice*

acceptam. Philosophus loquendi leges non patitur sibi præscribi ab imperitiâ vulgi, sed hæc in re partim sequitur dictamen rationis, partim utitur liberalitate sua, & à plebe acceptam vocem novò sensu donat, pro significando conceptu, quem intellectus vulgi nunquam attingerat.

No. 3. Tali conceptu omnino hic opus fuit in argumento præsentì. *Φιλολαγία*, i. e. amor divitiarum (de quâ peculiaris existat Libellus Plutarchi Tom. II. moral. p. m. 320.) seu. ut alii vocant; *Φιλαργυρία*, specialis est affectus, in quò sunt, qui excedant, ut avari, sunt & qui deficient ut prodigi. Postulat igitur & virtutem specialem, quam placuit Philosophis vocare Liberalitatem, voce à triviò quidem petita, sed philosophicè ampliata, ut jam præmonuimus in fine annot. LXXII.

No. 4. Etenim cum affectus hic exerat se non modò in dantis, sed etiam accipiendis pecuniis, adde etiam in non-dandis: item donandò pariter & sumtus faciendò: consequens est, ut in his omnibus ponamus officium Liberalitatis. Repete hic, quæ diximus Annot. XL. n. 3.

No. 5. Probatur hoc ipsum & aliâ ratione. Debet enim quælibet virtus occupari circa idem objectum materiale cum vitiis sibi oppositis per theor. 1. Tab. VIII. h. e. in iisdem, in quibus peccant extrema, rectè agere. Jam verò prodigalitas & avaritia, quæ sunt extrema Liberalitatis, peccant, illa quidem non donandò tantum, sed & sumtibus faciendis, hæc verò non-dandò, item accipiendo. Et liberalitatis in his ipsis actionibus sive positivæ sint, sive negativæ, debet servare mediocritatem.

ANNOT. LXXXIX. ad lin. 19.
Officiosa.)

No. 1. Timplerus lib. III. Eth. c. 9. q. 2. p. 195. reprehendit Aristotelem inter alia, quod objectum Liberalitatis fecerit partem nimis amplum, cum Liberalitatem velit etiam versari in accipiendis divitiis, partim nimis angustum, cum eam restringat ad solas divitias, nec extendat ad spontaneam bonorum cum aliis communicationem. Priori accusationi satisfacimus annot. præced. hinc satisfacimus posteriori.

No. 2. Quâ in re rectè fecit Aristoteles; Alias enim confudisset distinctissimas virtutes, Liberalitatem cum officiositate. Quas tamen ipse Timplerus distingvit, & ab Aristotele tantum ferè circumnomenclaturas discedit. Quod enim Aristoteles Liberalitatem vocat, Timplero est munificentia. Liberalitas vero Timpleri stylo genus est Officiositatis & Munificentia.

No. 3. Distinctam esse oportere à Liberalitate Officiositatem, patet ex objectis internis. Moderatur enim affectum certum, Liberalitas quidem circa rem puta divitias, per n. 3. annot. præced. Officiositas verò circa personam. Qui enim alios homines, ut quemque decet, amat, leges Officiositatis custodit; qui verò nimis amat, excedet in offi-

ciis; qui parcius, quam decet amat, in iisdem deficiet. Querenda sunt igitur præcepta Officiositatis in Tractatu de Amicitia lib. IX. Nic. c. 2.

ANNOT. XC. ad lin. 21.

Justitia particularis.

No. 1. Cognata Liberalitati etiam est Justitia particularis propter Objectum externum. Sed differt ab eadem iterum objecto interno, quod Liberalitatis quidem est unice *Φιλοπλῆτα*, ut diximus, Justitiæ verò affectus varii, per Tab. XXIII. lin. 10.

No. 2. Est & aliud discrimen circa medium objectum. Nam Liberalitas etiam donat, quod suum est: quod non facit Justitia, nec distributiva, nec commutativa.

No. 3. Imò etiam in sumptibus faciendis, h. e. expensis non gratuitis licebit observare discrimen inter Liberalitatem & Justitiam commutativam. Illa facit, ut homo velit sumptus impendere, ubi opus est, nolit ubi non est: hæc verò posteaquam decretum est sumptus facere, curat, ut iusta sit pretii cum merce commutatio.



AD. TAB. XXVIII.

De Magnificentia.

ANNOT. XCI. ad lin. 31.

Discrimen à Liberalitate.

No. 1.

Doctrina de discrimine inter Liberalitatem & Magnificentiam egregiè potest illustrari à simili de Prudentiâ Oeconomicâ & Politicâ.

No. 2. Fuerunt, qui putarent, Prudentiam Oeconomicam à Politicâ non specie sed solâ Objecti amplitudine distingui. Patrem enim familiâs paucis, Regem plurimis impetrare. Verùm rectè hoc negat Aristoteles Lib. I. Polit. c. 1.

No. 3. Enim verò Oeconomica & Politicâ, si consideres eas, non ut subordinata, & coordinata (Conf. Tab. XXIX. lin. 49.) differunt etiam fine. Qvi Oeconomices est *πλεονεξία* divitiæ lib. I. Nicom. c. 1. Politices verò *ευδαιμονία*, h. e. operatio secundum virtutem, per Tab. XXXIX. lin. 26. & Tab. V. lin. 18.

No. 4. Similem igitur in modum, si quis putet, Liberalitatem à Magnificentia non aliter, quam objecti parvitate distingui, is credat, eas esse unam specie virtutum, per annot. LXX. Verùm est omni-

nò & aliud discrimen à fine discrimini que in Tab. positis addendum. Pro fine enim Liberalis propositam habet utilitatem hominis privati, Magnificus verò decorem totius Reipublicæ.

No. 5. Enim verò toti civitati honorificum est, si sint in ea structuræ sumtuosæ, atque elegantes, si ludi publici, convivia nuptialia, pompæ funebres suum habeant splendorem. Ac solent etiam peregrinatores hæc talia observare & inter alia ex his quoque Rempublicam Reipublicæ anteponere.

No. 6. Transferri hæc possunt quodammodo & ad discrimen inter Modestiam & Magnanimitatem enunciandum. Homines enim non maximis virtutibus præditi per Modestiam tendunt ad honores quoque non maximos, sed tales tantum, quibus uni alterive privato, aut etiam parti Reipublicæ commodari possit, non autem universæ, & omnium partum contemplatione æstimatæ. Hoc enim potius est eorum, qui maximis virtutibus præditi digni sunt, ut totam Rempublicam administrarent.

AD

AD TABULAM XIX. & XX.
AD. TAB. XIX.
 De Modestia.

ANNOT. XCII. ad lin. II.
Ut modicum seu instrumentum.)

No. 1.

Honor est in genere bonorum externorum dividiturque in *internum & externum.*

No. 2. *Internum* est bona existimatio de alterius virtute sive intellectuali, sive morali.

No. 3. *Externum* est hujus estimationis externum signum, sive laudando, sive aliis modis aut gestibus editum.

No. 4. Ad honorem externum refer & collationes numerum publicorum, item graduum Academicorum. Talia enim qui confert, hoc ipso testificatur dignum se alterum habere ob virtutes ipsius, qui tali munere praesit, aut praesesse possit.

No. 5. Jam uterque honor potest esse *modicum vel instrumentum*, vel *causa sine qua non* exercendarum feliciter virtutum, imprimis Beneficentiae, seu Officiositatis ac Justitiae, item Sedulitatis, qua quisque facit opus suae vocationis.

No. 6. Internus quidem honor ideo dictis finibus inservit quia ad exercitium artis v. g. Rhetoricae opus habemus auditorum credulitate: Credimus autem facilius iis, quos bonos esse arbitramur, quam quorum suspecta nobis est probitas. Unde & Rhetores jubent Oratorem id agere, ut vir bonus videatur.

No. 7. Externus vero, quia tales honores ut plurimum conjuncti sunt cum facultatibus certis aliquod imperandi (in quo est & civilis potentia, de qua annot. XIII. n. 6.) vel faciendi sicuti Ma-

gistratus habent potestatem jubendi, Magistri Academici docendi. Hac ergo potestate praedit non dubium est, quin possint esse majori cum effectu officiosi, quam ea qui carent. Adde quod nemo est, qui non malit beneficium debere viro in Republ. honorato, quam infami carnifici.

No. 8. Hae cum ita sint, modestus quamquam honor in secundus est, tamen in hac jucunditate ultimo acquiescere tanquam in summo fine non debet, sed honorem appetere tanquam utilem, perinde ut temperans cibum & potum per Tab. XXX. lin. 52. quamquam hujus etiam fructu jucunda est.

No. 9. In hanc rem legi potest elegans Epistola Augustini ad Dioscorum, quae est 56. Tom. I. Oper. fol. 252. seq. Notetur & dictum Bernardi Serm. 83. Tom. II. Oper. f. 248. *Est quum utiliter humanae laudes recipimus, fraternae duntaxat intuitu charitatis, & ad salutem eorum, qui nobi propterea a facilius acquiescunt.* Item illud Plutarchi libello de sui laude Tom. II. mor. p. 1m. 208. *Gloriam civilis vir non ut premium, aut solatium virtutis exigit, aut amplectitur suis actionibus committentem: sed quod credi & haberi pro probo causam & occasionem ipsi plurimum publiciorumque parit facinorum.*

No. 10. Contra Modestiam ergo peccant, qui appetunt honores primo tanquam ultimum bonum, eoque tantum propter se; secundo tanquam aliquid utile, non tam ad virtutem, quam ad parandas opes, in quibus ipsi locant S. B. & in his ambitio est symptoma avaritiae.



AD TAB XX.
 De Magnanimitate.

ANNOT. XCIII. ad lin. 19.
Quae quidem superiori.)

No. 1.

Latet hic distinctio, cujus alterum membrum habes infra Tab. xxxi. lin. 66. inter bonum videlicet externum, quod superiori potest ab inferiore tribui, & quod ab aequalibus ad nos proficiscitur.

No. 2. Opus autem fuit hac distinctione ad conciliandos duos Aristotelis textus *de virtute* Lib. IV. Nic. c. 3. p. 161. & Lib. IX. c. 9. p. 389. quorum ille *honori*, hic *amicitia* tribuit principatum inter bona externa.

No. 3. Sic ergo distingue: honor est maximum bonum externum in iis, quae dat inferior superiori: amicitia in iis, quae dat aequalis aequali.

ANNOT. XCIV. ad lin. 23.
Ambiendi.)

Sic per leges Reipubl. fundamentales ambiri potest. Non autem potest ambiri v. g. Regnum in Republ. quae successiorem Regiam natalibus defert. Hic ergo magnanimi erit, regnum tale, nisi ad ipsum successio spectet, habere pro sibi denegato, illudque spernere.

ANNOT.

ANNOTATIONES.

ANNOT. XCV. ad lin. 28.

(Discrimen a Modestia.)

Mura Vide Annot. XCI. no. 6.

ANNOT. XCVI. ad lin. 37.

(Nec cum Christiana humilitate pugnet.)

No. 1. Expendant Theologi, an quicquid est in Charactere viri magnanimi apud Aristotelem. Lib. IV. Nic. c. 3. satis conveniat humilitati Christianae: ut, quod ait, pudere magnanimum, si ab alio beneficium accipiat pag. 165. meminisse quos

beneficid affecerit non meminisse, a quibus accepit: igitur sua beneficia libenter audire, aliena gravate, ibid. eum alterius arbitratu vivere non posse, nisi amici p. 166. seqq. Equidem mirari non debemus, si Aristoteles Ethnicus ad Reges Christianae humilitatis & charitatis non respexit.

No. 2. Interim nec dubitamus posse Magnanimitatem Regum cum humilitate consistere: cuius cornubi haud dubie praeclarum specimen exhibebit in Sacris Historia Davidis.



AD TAB. XXI.

De Mansuetudine.

ANNOT. XCVII. ad lin. 40.

(Injuria.)

No. 1.

UT jus, sic & oppositum ejus injuria locum hoc habet non nisi inter utentes ratione.

No. 2. Itaque in civili societate constitutis nobis injuria inferri non potest a bruto aut re inanimata, sed tantum ab homine alio & quidem agente per voluntatem injustam. Unde injuria definitur, *lasia*, quam volens invito contra jus infert, infra tab. XXVI.

*. 4.

No. 3. Infertur autem vel re vel verbo. Unde distinctio inter injuriam *realem* & *verbalem*. Realis fit per *damnum*; *contumelia* & *contemptus* ad verbalem injuriam referri possunt.

No. 4. Atque hoc sensu *damnum* a volente sc. illatum. species injuriae. Nonnunquam tamen *damni* & *injuria* vocabula, inter se distinguntur, nimirum cum *damnum* denotat laesionem aut qualemcunque (vid. Tab. XXVI. lin. 20.) aut illam tantum, quae nobis infertur vel ab homine absque voluntate injusta nocendi, vel a bruto, aut re inanimata.

No. 5. Aristoteles Lib. II. Rhet. c. 2. ubi de ira disputat, eam ait provenire ex *αλγοςία* seu *contemptu*. Quo ergo loco nos *injuriam* hic habemus

ipse illic habet *contemptum*, & species ejus facit tres *καταφρονισιν*; *επιητασμων* & *υβρις*, Respectione, incommodationem & contumeliam. De quibus vid. Vossius Lib II. instit. Orat. c. 2. sect. 6. p. m. 211.

ANNOT. XCVIII. ad lin. 42.

(Ira est cupiditas vindictae.)

No. 1. Hinc annot. XLIV. deduximus iram pertinere Aristoteli ad facultatem concupiscibilem. Et vero quanquam ira mixtus est affectus ex dolore (ob injuriam illatam) & cupiditate (vindictae), e quibus dolor ad irascibilem pertinet facultatem: tamen praedominatur cupiditas. Unde & iram consequitur voluptas quaedam teste Aristotele Lib. II. Rhet. c. 2. qui & verum Poetae affert, iram melle dulciorem appellantis.

No. 2. Caeterum ut Tab. XVI. * 1. & 2. in materia temperantiae distinximus inter cupiditates communes & proprias: ita & hic distinguere possis inter iram communem & propriam. *Communis* est, quae in hominem fertur; *propria*, quae in rem inanimam, quae, quia *damnum* tantum, non etiam injuriam inferre potest, non est objectum irae nostra dignum. Itaque communem iram mansuetudo temperat propriam, quia complicatam, habet malitiam excindit.



AD TAB. XXII.

De virtutibus homileticis veritate, comitate & urbanitate.

ANNOT. XCIX. ad lin. 3.

(Homiletica)

DE virtutibus homileticis aliquid in genere diximus annot. LXVI.

ANNOT. C. ad lin. 8. & 9.

(Veritas ethica.)

Distingui solet inter veritatem Metaphysicam, Logicam & Ethicam, *Metaphysica* habetur affectio

Aio Entis; Logica Propositionis; Ethica speciei virtutis moralis.

ANNOT. CI. ad lin. 12.

Lib. 4. Nic. c. 7.)

No. 1. Vidit hunc textum & Grotios allegatque Lib. III. de jure belli c. 19. §. 1. p. 523. Sed non satis intellexit eum, argumento est, quod in prolegomenis** p. I. carpit Aristotelem, quasi, qui dederit veritati opposita minime ex aequo respondentia, ja-ctantiam & dissimulationem.

No. 2. Nimirum decipi se passus est, & vulgò Ethicorum, qui ab homileticâ & justitiarâ veritatem naturam communem (quâ rectè hic non disputo, abstrahentes, genus hoc pro ipsâ illa veritate, Aristoteles homileticâ cretulis obtruserunt. Huic generi haud dubiè ex æquo oppositum est, mendacium, ab omnibus mendaciorum sive homileticorum; sive justitiorum speciebus, abstractum. Unde sequitur, sola homiletica mendacia, ja-ctantiam & dissimulationem, si maximè conjungantur, nonnulla tamen ex æquo opponi veritati illi generali: hoc est latitudine suâ non ex haurire ambitum oppositionis contra veritatem illam generalem faciendâ, sicuti si quis animantia homini ut rationali opposita memorare volens, solas aves & Pisces nominaret; hæc enim duo sunt opposita minime ex æquo respondentia. Atque sic certum est, ja-ctantiam & dissimulationem non opponi ex æquo veritati generali-ethicæ. Datur enim mendacium huic veritati oppositum, quod nec ja-ctantia est nec dissimulatio, nempe mendacium justitiarum. Omnis enim ja-ctantia vel dissimulatio peccat de se loquendò. At mendacium quoddam justitiarum peccat loquendò de altero, ut si quis loquatur falsum testimonium contra proximum suum.

No. 3. Hæc fuit mens Grotii: quam planè non intellexit ejus adversus Feldenum Hyperaspistes Grosvinckelius, dum p. 31. stricturarum opposita ex æquo respondentia interpretatur adverso ex diametro. Rectè autem Grotium intellexit Feldenus in Adnotationibus A. II. editionis Amstelod. A. 1653. Rectè confusus ab eo (licet non omnium primò) contra mentem Aristotelis veritates duas

distinxit. Nec dici quicquam potest, cur ja-ctantia & dissimulatio non ex æquo sint opposita veritatis, sed homileticæ.

ANNOT. CII. ad lin. 47.

Tais Φιλανθρως.

No. 1. Φιλανθρως alii robusti, bellicosi, viribus suis præfidentes; alii imbecilles, ingnavi, timidi.

No. 2. Bellicosi sunt cupidiores gloria, quàm inter homines in statu legali summam parent facinorâ militaria. In quibus & mortem oppetere pulcherrimum habetur. Vid. Lib. III. Nic. c. 6. & hæc facta præcipuè omnium gentium consensu Nobilitatem pariunt. Quare & belluarum nobilissimæ censentur eadem quæ bellacissimæ, inter volucres aquilæ; inter quadrupedes leo; dignæ habitæ, quibus præcipuè ad insignia uteretur Nobilitas. Nam leporem nemo temerè gestat in galæâ.

No. 3. De bellicosis Φιλανθρως intellige, quæ hic diximus. Tales enim morosi sunt, & in hoc purant auctoritatem suam & honorem versari. Itaque vel levissimò vocabulo offenduntur, & ad rixas, jurgia, verbera denique descendunt.

No. 4. Timidorum Φιλανθρως contrario est ratio. Itaque honori suo non student, magnoperè, curant ea potius quæ rumen aut bulgam implent. Quo fit ut dummodo bolum aut beneficium ab aliquo expectent, ad gratiam illi loquantur omnia; catellis Melitæis similes, qui cum ipsi venari non didicerint, hero miris gestibus offulam eblandiuntur, sicuti contra cum bellicosis æquè svave est conversari, atque cum leone vel tigride.

ANNOT. CIII. ad lin. 57.

Φιλανθρως in seclis desunt.)

Etiam hoc de bellicosis illis intellige, qui, quum sint honoris appetentissimi, meduunt videlicet nimia familiaritate contemptum sibi pariant Timidi contra & parasiti non dubitant scurras agere & moriones.



AD TAB. XXIII.

De Justitia particulari.

ANNOT. CIV. ad lin. 4.

Bona vel mala externa.)

No. 1. Bona exteriorum nemine licet etiam bona corporis comprehendantur, non sunt in his Ann XIII. n. 3. Ratio verò, cur in his etiam Justitia Particularis vesetur est, quia objectum hujus justitiæ haberi debet, in quocunque

homo hominem defraudare vel ledere per injuriam potest. Potest autem non modo in bonis fortunæ, ut in pecuniis per furtum; in bonâ famâ per mendacium: sed etiam in bonis corporis, ut in integritate membrorum per vulnerationem, in viâ per cadem. Non bonis corporis hic admodum versantur, certâ quâdam ratione bona animi, quæ Tab. III. lin. 19. locavimus in Prædicamento actionis, quatenus scilicet sunt externa, perque mem-

D

bra

ANNOTATIONES.

ANNOT. XCV. ad lin. 28.

Discrimen a Modestia.)

Mura Vide Annot. XCI. no. 6.

ANNOT. XCVI. ad lin. 37.

Nec cum Christiana humilitate pugnet.)

No. 1. Expendant Theologi, an quicquid est in Charactere viri magnanimi apud Aristotelem Lib. IV. Nic. c. 3. satis conveniat humilitati Christianae: ut, quod ait, pudere magnanimum, si ab alio beneficium accipiat pag. 165. meminisse quos

beneficio affecerit non meminisse, a quibus accepit: igitur sua beneficia libenter audire, aliena gravate, ibid. eum alterius arbitratu vivere non posse, nisi amici p. 166. seqq. Equidem mirari non debemus, si Aristoteles Behnicus ad leges Christianae humilitatis & charitatis non respexit.

No. 2. Interim nec dubitamus posse Magnanimitatem Regum cum humilitate consistere: cuius comubii haud dubie præclarum specimen exhibet in Sacris Historia Davidis.



AD TAB. XXI.

De Mansuetudine.

ANNOT. XCVII. ad lin. 40.

Injurie.)

No. 1.

UT jus, sic & oppositum ejus injuria locum hoc habet non nisi inter utentes ratione.

No. 2. Itaque in civili societate constitutis nobis injuria inferri non potest à bruto aut re inanimatâ, sed tantum ab homine alio & quidem agente per voluntatem injustam. Unde injuria definitur, *lasia, quam volens invito contra jus infert, infra tab. XXVI. * 4.*

No. 3. Infertur autem vel re vel verbis. Unde distinctio inter injuriam *realem & verbalem*. Realis fit per *damnum*; *contumelia & contumtus* ad verbalem injuriam referri possunt.

No. 4. Atque hoc sensu *damnum* à volente sc. illatum, species injuriæ. Nonnunquam tamen *damni & injuriæ* vocabula, inter se distinguntur, nimirum cum *damnum* denotat læsionem aut qualemcunqve (vid. Tab. XXVI. lin. 20.) aut illam tantum, quæ nobis infertur vel ab homine absque voluntate injustâ nocendi, vel à bruto, aut re inanimatâ.

No. 5. Aristoteles Lib. II. Rhet. c. 2. ubi de irâ disputat, eam ait provenire ex *ὀλιγοψυχία* seu *contumtu*. Quò ergo loco nos *injuriam* hic habemus

ipse illic habet *contumtum*, & species ejus facit tres *κατὰ φρόνησιν; ἐπιήκειασμον & ὕβριν*, despectione, incommodationem & contumeliam. De quibus vid. Vossius Lib. II. instit. Orat. c. 2. sect. 5. p. m. 211.

ANNOT. XCVIII. ad lin. 42.

Ira est cupiditas vindictæ.)

No. 1. Hinc annot. XLIV. deduximus iram pertinere Aristoteli ad facultatem concupiscibilem. Et verò quanquam ira mixtus est affectus ex *dolore* (ob injuriam illatam) & *cupiditate* (vindictæ), è quibus dolor ad irascibilem pertinet facultatem: tamen prædominatur cupiditas. Unde & iram consequitur voluptas quædam teste Aristotele Lib. II. Rhet. c. 2. qui & verbum Poëtæ affert, iram melle dulciorem appellantis.

No. 2. Cæterum ut Tab. XVI. * 1. & 2. in materiâ temperantiæ distinximus inter cupiditates communes & proprias: ita & hic distinguere possis inter iram communem & propriam. *Communis* est, quæ in hominem fertur; *propriâ*, quæ in rem inanimam, quæ, quia *damnum* tantum, non etiam injuriam inferre potest, non est objectum irâ nostra dignum. Itaque communem iram mansuetudo temperat propriam, quia complicatam, habet malitiam excindit.



AD TAB. XXII.

De virtutibus homileticis veritate, comitate & urbanitate.

ANNOT. XCIX. ad lin. 3.

Homiletica)

DE virtutibus homileticis aliquid in genere diximus annot. LXVI.

ANNOT. C. ad lin. 8. & 9.

Veritas ethica.)

Distingui solet inter veritatem *Metaphysicam, Logicam & Ethicam*, *Metaphysica* habetur affectio

AD TABULAM XXII. & XXIII.

Geo Ensis; Logica Propositionis; Ethica speciei virtutis moralis.

distinxit. Nec dici quicquam potest; cur jactantia & dissimulatio non ex æquo sint opposita veritatis, sed *homiletica*.

ANNOT. CI. ad lin. 12.

Lib. 4. Nic. c. 7.

ANNOT. CII. ad lin. 47.

Τὰς Φιλαύτας.

No. 1. Vidit hunc textum & Grotius allegatque Lib. III. de jure belli c. 19. §. 1. p. 523. Sed non satis intellexisse eum, argumento est, quod in prolegomenis ** p. I. carpit Aristotelem, quasi, qui *dedit veritati opposita minime ex æquo respondentia, jactantiam & dissimulationem.*

No. 1. Φιλαύτας alii robusti, *bellicosi*, viribus suis prædantes; alii imbecilles, *ingnavi*, *timidi*.

No. 2. Nimirum decipi se passus est, a vulgò Ethicorum, qui ab homileticâ & justiciariâ veritate, naturam communem (quâ rectè hic non disputo, abstrahentes, genus hoc pro ipsâ illa veritate Aristoteles homileticâ cretulis obtruserunt. Huic generi haud dubiè ex æquo oppositum est, mendacium, ab omnibus mendaciorum sive homileticorum, sive justiciariorum speciebus, abstractum. Unde sequitur, sola homiletica mendacia, jactantiam & dissimulationem, si maximè conjungantur, *non tamen ex æquo opponi veritati illi generali*; hoc est latitudine suâ non ex *haurire ambitum oppositionis* contra veritatem illam generalem faciendâ, Sicuti si quis animantia homini ut rationali opposita memorare volens, solas aves & Pisces nominaret; hæc enim duo sunt opposita minime ex æquo respondentia. Atque sic certum est, jactantiam & dissimulationem non *opponi ex æquo veritati generali ethicæ*. Datur enim mendacium huic veritati oppositum, quod nec jactantia est nec dissimulatio, nempe mendacium justiciarium. Omnis enim jactantia vel dissimulatio peccat de se loquendò. At mendacium quoddam justiciarium peccat loquendò de altero, ut si quis loquatur falsum testimonium contra proximum suum.

No. 2. *Bellicosi* sunt cupidiores gloria, quàm inter homines in statu legali summam parent facinorosa militaria. In quibus & mortem oppetere pulcherrimum habetur. Vid. Lib III. Nic. c. 6. & hæc facta præcipuè omnium gentium consensu Nobilitatem pariunt. Quare & belluarum nobilissime censentur eadem quæ bellacissimæ, inter volucres aquila; inter quadrupedes leo; dignæ habitæ, quibus præcipuè ad insignia uteretur Nobilitas. Nam leporem nemo temere gestat in galeâ.

No. 3. De bellicosis Φιλαύταις intellige, quæ hic diximus. Tales enim morosi sunt, & in hoc putant auctoritatem suam & honorem versari. Itaque vel levissimò vocabulo offenduntur, & ad rixas, jurgia, verbera denique descendunt.

No. 4. Timidorum Φιλαύταις contrario est ratio. Itaque honori suo non student, magnopere, curant ea potius quæ rumen aut bulgam implent. Quo fit ut dummodo bolum aut beneficium ab aliquo expectent, ad gratiam illi loquantur omnia; catellis Melitæis similes, qui cum ipsi venari non didicerint, hero miris gestibus offulam eblandiuntur, sicuti contra cum bellicosis æquè svave est conversari, atque cum leone vel tigride.

ANNOT. CIII. ad lin. 57.

Φιλαύταις in jectis deservunt.

Etiam hoc de bellicosis illis intellige, quæ, quum sint honoris appetentissimi, medum videlicet nimia familiaritate contemptum sibi pariant *Timidi* contra & parasti non dubitant scurras agere & moriones.

No. 3. Hæc fuit mens Grotii: quam planè non intellexit ejus adversus Feldenum Hyperaspistes Græsvinckelius, dum p. 31. *stricturarum opposita ex æquo respondentia* interpretatur *adverso ex dicta meiro*. Rectè autem Grotium intellexit Feldenus in Adnotationibus A. II. editionis Amstelod. A. 1653. Rectè confusus ab eo (licet non omnium primò) contra mentem Aristotelis veritates duas



AD TAB. XXIII.

De Justitia particulari.

ANNOT. CIV. ad lin. 4.

Bona vel mala externa.

No. 1. **B**onorum externorum nomine hic etiam bona corporis comprehenduntur, sicuti in notis Ann XIII. n. 3. Ratio verò, cur in his etiam Justitia Particularis vesetur est, quia objectum hujus justitiæ haberi debet, in quocunque

homo hominem defraudare vel ledere per injuriam potest. Potest autem non modo in bonis fortunæ, ut in pecuniis per furtum; in bonâ famâ per mendacium: sed etiam in bonis corporis, ut in integritate membrorum per vulnerationem, in viâ per eandem. Imò, bonis corporis hic adhaerentur, certâ quadam ratione bona animi, quæ Tab. III. lin. 19. locavimus in Prædicamento actionis, quatenus scilicet sunt externa, perque mem-

D

bra

bra corporis exercentur, qualia sunt, v.g. actus docendi, patrocinandis, scribendis medicamenta. Nam & hęc nummis æstimantur, ut indicavimus Annot. LXXXVII. eaque sub commutationem cadunt, consequenter & fraudi obnoxia sunt, si conducens alterius operam non præstet vicissim præstanda.

No. 2. Discriminis autem gratiã tales actus possunt vocari bona externa *transientia*, cætera, *permanencia*.

No. 3. Bona externa *permanencia* iterum dividi possunt in *errantia* & *fixa*, Errantia (*fixa*) voco, quę transire possunt (*non possunt*) ab eo, cui eripiuntur, ad eripientem & hęc possunt (*non possunt*) eripi etiam si non (*nisi*) corrumpantur seu aboleantur, e.g. pecunia, vestis, (*bona fama, integritas membrorum*). Nam pecuniam, (*integritatem membrorum*) alter alteri sic (*non sic*) eripere potest, ut eam ad se transferat, eque paupere (*mutuo*) fiat nummatus (*integer*).

No. 4. Jam quia omnia bona externa corrumpi seu aboleri possunt: inde fit, ut interdum ipsa quoque errantia bona non transeant ad eripientem, ut si quis segetem alteri incedat Sufficit interim, quod transire possunt, ut si quis segetem alterius abscindat & in suum horreum convehat, quale quid circa bona fixa fieri non potest.

No. 5. Omnia quidem bona corporis sunt *fixa*, sed non omnia bona fortuna sunt *errantia*, ut patet exemplo bonę famę.

No. 6. Inter bona errantia sunt bona fortunę, non modo *mobilia*, ut pecunia, sed & *immobilia*, ut domus, agri. Potest enim homo alteri erepta talia in se transferre, si dominium eorum vel possessionem invadat; nisi quis fortę distinguere hic velit inter dominium boni immobilis & bonum ipsum immobile. Sed hic necesse non est, ut subtilitatibus nimium vacemus, modò, quid velimus intelligi possit.

No. 7. Inter bona *fixa* quædam subjectum, a quo tolluntur, sublata *non planè destrunt*, sed tantum aliquã noxa afficiunt, ut valetudo, bona fama; quædam verò *planè destrunt*, ut vita; hæc enim sublata homo desinit esse homo, tamen animæ eius est superstes.

No. 8. Itaque & *vita* meritò primum locum habet inter bona corporis, per Annot. XIII. no. 5. & mors violenta terribilium terribilissimum pronunciat Annot. LXXVIII.

No. 9. Bonorum fixorum, quæ subjectum non destrunt, quædam semel ablata *reparari possunt*, ut valetudo, bona fama; quædam *non possunt*, ut oculus, virginitas.

No. 10. Hęc de bonis externis. Mala externa sunt, quæ bonis externis vel saltem eorum possessioni aut Dominio (*nam & possidere, aliquid boni*

externi externum bonum est) opponuntur, ut valetudini invaletudo, integritati membrorum mutilatio, vitæ mors, bonę famę intamiz, possessioni pecunię ejusdem ereptio. Quod autem additur in Tabulã de *lucro & damno*, intelligitur ex Annot. CVII. no. 28.

ANNOT. CV. ad lin. 10.

Affectus variis.

No. 1. Non potest hic unus aliquis ac certus affectus determinari idè, quia ut qui alteri injuriam faciat, jam ex *aviditate pecunię*, quę fures ferè stimulat; jam ex *libidine veneris*, quę adulteros jam, ex *odio personę*, quod calumniatores; jam ex *ira*, quę homicidas fere, jam ex alio aliquo affectu provenire potest.

No. 2. Itaque specificatio virtutis hujus non tam ab objecto *interno* peti potuit, quam *externo*. Vid. Tab. VIII. Theor. 3. Quod tamen specificandum fuit ulterius vel objecti *medii*, h. e. actionis distribuendi vel commutandi. Nempe objectum Justitię particularis sunt bona vel mala *externa*, quatenus possunt *distribui* vel *commutari*.

ANNOT. CVI. ad lin. 12.

Assignadi multum, parum.

No. 1. Justitiã *efficit*, ut in actionibus commutandi distribuendique obsequamur rationi. In his autem actionibus tanta rerum, quę commutare, distributive possunt, est latitudo, ut locum in iis omninò inveniant *multum & parum*. Ubi autem multum & parum, ibi & *æquale* habet locum, quod utriusque comparatione est *medium*.

No. 2. Atque hinc efficitur, ut hæc etiam virtus habeat *mediocritatem effectivam* in actionibus, de qua Tab. VII. *. 2. licet destituatur mediocritate *subjectiva* per membrum 6. hujus Tabulę.

ANNOT. CVII. ad lin. 14. & seqq.

Ad membrum IV. de Speciebus.

No. 1. Species justitię particularis duę sunt, *distributiva & commutativa*, quarum hæc iterum subdividitur in *directivam & correctivam*.

No. 2. *Distributiva* officium suum facit distribuendò.

No. 3. *Distributio* fit inter partes ejusdem totius, quę tales, inter cives puta ejusdem Reipubl. inter milites ejusdem exercitus.

No. 4. Distribuuntur autem *bona vel mala*.

No. 5. Per *bona* hic intellige non gradus Academicos, vel similia præmia virtutum: itemque per *mala* non pœnas, h. e. mercedem vitiorum præteritorum, vel potius medicinam futurorum criminum.

No. 6. Quanquam enim vulgò dicuntur & honores istiusmodi ac pœna *distribui*; tamen distributio, quę præsentis est loci, non est boni vel mali *indivisibilis*, sed *divisibilis* puta ex eo genere divisibilitatis, ex quo est *lucrum vel damnum in societate mercatoriã*.

No. 7. Hæc rectè ut intelligas sic ago: Fingentes Mercatòres inisse societatem, quorum primus contulerit 100. secundus 200. tertius 400. florenos, ut aded universonum fors sit florenorum 700. Hi ergò si forte suâ sive lucrum, sive damnum faciant 70. florenorum, lucrum illud vel damnum est bonum vel malum inter ipsos divisibile. Ac justa quidem fuerit divisio, si hoc in casu è 70. florenis ubi *lucrum* sit factum; primus accipiat 10. secundus 20. tertius 40. florenos; ubi verò *damnum* sit acceptum, quò fors reparatur, primus dentò conferat 10. secundus 20. tertius 40. florenos, suo quisque loco commune onus bajulans.

No. 8. Est igitur *divisibile* bonum vel malum h. l. tale quid, quod divisum in partes ita distribui potest in personas multas, ut, quam boni partem capit unus; eandem non capiat alter, & quam mali partem fert unus eandem non ferat alter, ut ita totum bonum (*malum*) percipiatur (*toleretur*) ab universis, partes verò boni (*mali*) singulæ à singulis partibus illius universitatis pro ratâ, Quo fit ut quantum plures sunt personæ participant, tantò minorem quisque boni malive partem, si cætera sunt paria, expectare habeat.

No. 9. Talia bona & mala divisibilia non sunt, illa *præmia* & *pœna*, de quibus no. 5. sed potius juxta hunc sensum *indivisibilia*. Nam e.g. in promotionibus Academicis (*in puniendis latronibus*) sive 100. sint Candidati (*latrones*) sive duo tantum unusquisque eorum nanciscitur per se totum præmium (*totam pœnam*) nec quod uni accedit, decedit alteri. Atque hanc ob causam talia præmia, talesque pœnas ab objecto Justitiæ hujus particularis excludimus.

No. 10. Dantur tamen nihilominus *præmia* quædam *certi generis*, atq; his bonis opposita quædam *mala*, quæ huc pertineant, ea nempe, quæ sunt divisibilia, e.g. in bonis Magistratûs civilis definiti, de quibus Tab. XL. lin. 30. agendum fuerit (atque hos *honorum* nomine intellige lin. 22. non Academicos illos,) item præda; in *malis* onera civilia, ut tributa & similia.

No. 11. De præda & tributo facile res intelligitur. Nec aliter se habet de Magistratibus civilibus; nisi quod certû Magistratus ex lege positivâ sunt *indivisibiles*, h. e. non nisi uni personæ (perinde ut in matrimonio una sponsa uni sponso, applicabiles, ut apud Romanos Dictatura. Quod in præda fecimus aliter evenire. Finge enim æquum meum quatuor militibus obvenisse: tamen si ipsum æquum secare in quatuor partes consultum non est, vivendi tamen is potest & pretium dividi. Non ita dividi quoque potest Dictatura, aut quilibet Magistratus indivisibilis: alioqui enim nulla esset causa, eos indivisibilem appellaremos.

No. 22. Verum quicquid hujus sit, ipsa tamen nota ut ita loquar, *masse civilium magistratuum*, (ex quâ hinc judicium fieri debet, non ex uno ali-

quo solo Magistratu) quoniam multa officiorum genera, alia aliis majora complectitur, *divisibilia*, est haud dubiè sic, ut uni civium Consulatus, alteri Prætura, tertio Ædilitas, quarto munus scribæ, & sic deinceps, possit deferri ac debeat.

No. 13. Atque hunc in modum, quæ distributive justitiæ obijciuntur bona & mala, *divisibilia* sunt. Obijciuntur autem, illi, quatenus sunt *communia*, h. e. talia, ut ante distributionem nulla pars dicere possit, hoc totum est meum & non tuum: sed sic potius, hoc totum esse meum & tuum & reliquorum simul.

No. 14. Jam quoniam recta ratio postulat, ut præda dividitur inter milites secundum *merita* cuiusque, & onera inter cives secundum *facultates* ipsorum (quanquam & hic meritorum aliqua interdum potest haberi ratio, *Magistratus* autem secundum eorum *dignitatem*: & verò miles militem meritis: civis civem facultatibus, aut dignitate superat (nec enim constat civitas ex similibus Lib. II. Polit. c. 1. nec alibi quærimus justitiâ distributivam, id quod in primis observari velim, nisi ubi quid inter *inequales* est distribuentum,) necesse est, si versari Lex justitiæ debeat, ut hoc pacto *inequalibus* dentur *inequalia*, h. e. in distribuendo observetur proportio non *Arithmetica* sed *Geometrica*, quæ rationem habeat *personæ* juxta valorem ipsius.

No. 15. Simile quid in functionibus animæ per corporis organa distribuendis deprehenditur. Nam & hic inæqualibus inæqualia dividuntur & quantum quodque membrum alterò nobilius est, tanto nobiliori officio destinatur, ut oculus officio videndi, auris audiendi, ventriculus concoquendi &c. Unumquoque videlicet membrum illi, cui sustinendo idoneum est.

No. 16. Jam quod in corpore humano facit natura vel potius Divina Sapiëntia, id in Republica (quam Menenii Agrippæ fabulâ scitissimè comparabat humano corpore) debet emulari recta ratio, ut cui quisque civis aptus est muneri, illi admoveatur, Senatorio puta, qui consultatoriâ; præturæ quid judicatoria prudentiâ pollet; concionatorio, qui eloquentiâ; professorio, qui eruditione; bellico, qui fortitudine militari, & sic deinceps. Atque ita facit secundum statum naturalem justitiâ Distributivâ. Quæ de re vid. Tab. XLI. * 2. & 6.

No. 17. Tantum de Distributivâ justitiâ. Progrediamur ad *Commutativam*. Hæc officium suum facit *æqualiter commutandò*, vel aliorum commutationibus *inequales* ad æqualitatem *reducendò*.

No. 18. Unde ipsa subdividitur in *Directam* & *Correlativam*. Quasum utraq; quoniam in Commutationibus occupatur, generali vocabulo *commutativa* solet appellari. Quanquam Aristoteles nullibi usus est vocabulo *δύο διατάξεις*, ut observat Dn. Felden. ad Græc. Lib. I. c. i. p. 10. & Dn. Dürrius Disp. Ethic. 137. th. 15.

No. 19. *Commutationis & contractus* vocabula apud Philosophos in hoc argumento Synonyma sunt, tamque late patent, ut etiam facta, quæ sunt alterâ parte invitâ, comprehendant, h. e. *injurias*, vid. lin. 30. & seq. si fortè non idem obtinet apud JCtos non in rebus ea lis est, sed in verbis, tantum de quibus facillè conveniri poterit. Veruntamen Dn. Joh. Casp. *Disputum* Disp. de Just. comut. §. 15. seqq. docet hic JCtorum & in vocibus consensum.

No. 20. *Commutatio* five voluntaria fit, five invita fit inter distincta *totâ*, h. e. inter homines non confiteratos ut sunt membra ejusdem societatis, quomodo fiebat in Justitiâ distributivâ) sed ut ipsi sunt singuli a liquod totum ab alterò distinctum, v. g. inter duos Patresfamilias quâ tales. Habet enim quisque vim totius, Tab. XXV. lin. 17.

No. 21. Ubi nihil refert, an illi commutantes five contrahentes sint *persona singula*, an *integra societas*: an ex unâ parte *singula persona*, ex alterâ *societas integra*: dummodo conerantur ad se mutuò tanquam duo distincta *totâ*. Et hoc insinuare volui lin. 25. verbis: *vel certe ita consideratorum*. Potest enim v. g. emtio & venditio intercedere, vel Cajo cum Titio, vel societati futurorum cum societate certorum, vel societate futurorum cum Titio.

No. 22. Porro ea, quæ commutantur, *bona sunt & mala*. Ad illa, quid sint, intelligenda sufficere jam possunt, quæ annot. CIV. commentati sumus.

No. 23. Objiciuntur autem bona hæc mala justitiæ commutativæ, quatenus propria sunt. h. e. talia, ut ante commutationem dicere possim: hoc totum est meum, & illud totum est tuum.

No. 24. Uterius qui commutantes quâ tales sunt *equales*, tanquam duo tota per num. 20. & 21. (huc refer & Tab. XXV. lin. 14. Tab. XXXI. lin. 37. Tab. XXXVII. §. 4. Tab. XLV. III. lin. 25.) & verò præsupponuntur hic commutationem instituere, velle, saltem debere, ex regula non *liberalitatis*, aut *officiositatis*, sed *juris strictè dicti*: necesse est, ut si servari lex justitiæ debeat *equalibus dentur equalia*, h. e. in commutando observetur proprio *Arithmetica*, quæ personarum, quippe æqualium, respectu insuper habitu simpliciter exæquet rem unius rei alterius.

No. 25. Atque hoc quando fit utraque parte consentiente absque fraude aut n. i. injustâ, nascitur commutatio *voluntaria* seu *spontanea*; sin verò fraus vel vis intercedat, quam nemo volens pati præsumitur, *invita* ex parte patientis. Si cætera quoque rectè habent, omnis commutatio voluntaria est *justa*, & omnis *injusta* ex parte injuriam facientis.

No. 26. *Commutatio invita* subdividitur in *clandestinam & manifestam*, ut habes in Tab. lin. 33. 34. seu ut Dn. Dürrius distingvit p. 269. Infit in invitam per *ignorantiam & per violentiam*. Ad

clandestinam refer emtiones quoque fraudulentas in quibus v. g. alter alterum persuasiones callidas adhibendò læserit ultra dimidium. Quanquam enim emtio hæc videtur esse spontanea, talis tamen verè non est, quoniam qui sic læditur, agit ignorans & errore cognitò dolet. Sic & invita commutatio est, si v. g. venditor tradat rem venditam, emtor pretium dictò tempore deneget. In hanc enim denegationem utiq; venditor non consenserat.

No. 27. In omni commutatione *justâ lucrum* utriusq; personæ *æquatur* ipsius *damno*, e. g. emo librum pretio justo 10. grossorum, patior hic *damnum* 10. grossorum, vicissim & facio *lucrum* æquivalens, augeo enim librò tanti pretii Bibliothecam, quantum è marfupio erodavi Similem in modum apud venditorem meum rationes lucri vel damni acceptati & dati paria faciunt. E contrario in omni commutatione *injustâ*, qui facit injuriam *lucrum* habet, hæctenus quidem, *sine damno*; qui patitur *damnum* habet *sine lucro*. Et ex hoc ipso commutatio talis, nisi alter jure suo volens decedat, censetur *injusta*: non enim æquatur *damnum* *lucro* in eadem personâ.

No. 28. Dicitur autem *lucrum* facere *injustus*, non modò circa bona *errantia*, ut vocavimus annot. CIV. no. 3. sed etiam *fixa*. Quanquam enim ipsa bona *fixa* v. g. valetudo, non transeunt de subjectò in subjectum, sed alteri non nisi corrupendo eripi possunt: tamen quatenus aliquis potestatem boni *talis* pro libitu corrupendi, hoc est qualecunque *dominium* in illud sibi rapi, (conf. n. 10. dict. annot.) eatenus *lucrum* facere dicitur phrasi philosophicâ cui nobis hic est assuescendum.

No. 29. Qui alteri bonum suum per injuriam eripuit, obligatur ad id vel saltem æquivalens, illi reddendum. Dixi *æquivalens*, quia evenire potest, ut rem ipsam reddere sit impossibile, five *simpliciter* ut ereptam virginitatem, five ex hypothesi, ut cantharum virum ebibitum, aut librum, quem fur denudò alienaverit, nec possit ipse recipere.

No. 30. *Æquivalens*, illud tale dicitur valore vel *naturali* vel *positivo* & ex conventionem hominum constituto. *Naturali (positivo)* si id, quod redditur, cum eo quod ereptum est, sit (*non sit*) idem specie: ut si quis alteri pro cantharo vini ebibito reddat ejusdem bonitatis vini cantharum alium, *pecuniam*, quâ *vinum illud æstimatur*.

No. 31. Jam si quis *injustus* ipse ultero faciat alteri restitutionem, injuriamque illatam justitiâ quâdam correctivâ delet, suumque adeò factum ipse emendet, bene est: sin detrectet, judicia constituta sunt, quæ cogere possunt etiam nolentem. Atque tum judicis erit justitiâ *correctiva* seu *emendativa* uti. Atque hoc vocamus administrare alter justitiam.

No. 32. Quod si quis à judice contemnatur in resti-

restitutionem rei relatæ, sive in se, sive in suo æquivalente; quanquam condemnatio talis *pœna* vocari solet, æquivoce tamen sic dicitur, debetque à pœna propriè dictâ distingui, utut vulgo passim confundant. Observavit ambiguitatem vocabuli Dn. Felden tum alibi, tum ad Grot. c. 20. Lib. II. p. 92. Etiam Dn. Dürrius compensationem seu restitutionem damni à pœna propriè dictâ distinguit. Disp. 9. Philos. Moral. th. 32. seqq. p. 147. & Instit. Ethic. p. 281. 282.

No. 33. Melioris intelligentiæ gratiâ *pœnam* propriè dictam vocabimus *medicinalem*, alteram vero illam, quæ sic dicitur æquivoce *compensatoriam*. Differunt autem hæc duo genera præcipuè *finibus*. Medicinalis enim quærit *suam* homines peccantis vel aliorum peccatorum, nisi pœna terrerent emendationem: quæ obtinetur, dum libido peccandi restringitur dolore talis pœnæ. Compensatoria verò quærit *præteriti* damni, quod quis ab altero per injuriam passus est, restitutionem. Medicinalis tendit ad *ευδαιμονίαν totius civitatis*. Compensatoria tendit ad *αὐτοψυχίαν singulorum*.

No. 34. Jam ut certum est *compensatoriam* pœnam objectum esse justitiæ *commutativæ*; sive valde dubitatur, cujusnam justitiæ munus sit pœnam *medicinalem* peccantibus irrogare: aliis ad distributivam, aliis ad commutativam referentibus Vid. Hornej. Lib. 3. Philos. Moral. c. 13. no. 8. p. 492. seqq. Dn. Dürrius officium hoc delegat universali justitiæ p. 146. Disp. & p. 289. Instit. Verùm nihil horum satis comòdè dici nobis videtur, & contra primam sententiam jam supra no. 9. disservimus aliquid. Quid autem nobis videatur, apperiemus volente DEO in Tabulis ad c. 10. Lib. II. Grotiani. Quod autem de pœna *medicinali* dicitur, idem valebit de honoribus talibus, quos delineavimus supra no. 5. seqq.

No. 35. Nunc pergendum est in commutativa justitiâ. In qua lin. 53. distinximus insuper, idque cum Dn. Dürrio p. 272. Instit. & p. 146. Disp. inter *exequationem* seu commutationem ipsam & præviam *æstimationem*: quatum in illâ locum habeat proportio Arithmetica, in hac Geometrica. Sed hac de re plura dicimus no. 41. & 42.

No. 36. Atq; hoc illud est, quod lin. 67. scripsimus, nos receptam justitiæ divisionem ad ductum Dn. Dürrii sic eliminasse, ut à Feldenianis rationibus non valde abhorreat. Fecerat enim Dn. Feldenus ad c. 1. Lib. I. Grot. p. 10. & 11. tres species justitiæ; *distributivam, correctivam & retributivam*, & hanc ultimam scripserat fieri secundum proportionem Geometricam. Verùm ipse jam in Elementis juris universi annò 1664. vulgatis quodammodo corrigit sententiam, nec nisi *duas* agnoscit justitiæ species: *distributivam & commutativam* p. 8. *Retributivam* autem illam p. 12. & 13. parum referte scribit, *utrum peculiarem dicas justitiæ speciem, utrum actum quendam in justo corre-*

ctivo observandum. In hac celeberrimi Viri doctrinâ illud adhuc desideramus, quod justitiæ commutativam nimis coarctet. Hoc enim nomine sola ipsi venit correctiva: quo pacto directivam videtur planè præterisse.

No. 37. His ita expositis justitiæ distributivæ & commutativæ discrimina sub uno conspectu ponamus. Differunt 1. *objecto meo*, quod in Distributivâ est actus distribuendi in Commutativa commutandi, vel iniquas commutationes emendandi per num. 2. & 17. Differunt 2. *Objecto externo personali*, quod illic sunt partes ejusdem totius, hic duo tota per num. 2. & 20. Differunt 3. *Objecto externo reali*, quod illic sunt bona & mala externa, quatenus communia, hic quæ propria per num. 13. & 23. Differunt 4. *mensurâ actuum*, quæ illic est proportio Geometrica, hic Arithmetica per num. 4. & 24.

No. 38. Quod de duabus proportionibus dicitur, id alii aliter, nos n. 14. & 24. sic exposuimus, ut *Geometrica* sit proportio, quæ inæqualibus tribuit inæqualia: vicissim *Arithmetica*, quæ æqualia tribuit equalibus. Si terminos ex Arithmetiis adhibere velis, dices cum Dn. Feldeno ad Lib. I. Grot. p. 11. Geometricam *multiplicandò & dividendò* absolvi; Arithmeticam *addendò & subtrahendò*. Si adhibeas etiam particulas: *toties quoties: unum, quantum*, ut lin. 51. & 52. monstravimus facile fuerit processum totum declare exemplis.

No. 39. De justitiâ *Distributiva* proportionem geometricam adhibente sit hoc exemplum:

Quoties virtus (*facultates*) Lælii superat virtutem (*facultates*) Catonis: toties honor tribuendus (*onus imponendum*) Lælio debet superare honorem tribuendum (*onus imponendum*) Catoni.

Sed virtus &c. superat sexies (sic enim fingamus)

E. &c. & per consequens, si Lælio debetur Consulatus, Catoni debetur Quæstura ponendò Consulatum esse honorem sextuplo digniorem quæsturâ: item si tributum Lælii est 60. florenorum, tributum Catonis erit florenor. 10.

No. 40. De justitiâ commutativâ tam directrice, quam correctrice, proportionem Geometricam adhibente, esto exemplum sequens:

Quanti æstimatur malum seu damnum, quod patior per voluntariam traditionem (*per invitam amissionem*) meæ mercis: tanti debet esse & bonum seu lucrum, quod capiam per reciprocâ exhibitionem tuæ mercis (*per correctivam restitutionem*) à te faciendam.

Sed malum meum æstimatur thaleris 30. sic enim ponamus.)

E. &c.

No. 41. Jam si circa minorem Propositionem, h. e. circa æstimationem damni suborietur, ut solet aliqua controversia: instituendæ ex æquo æstima-

æstimationi interserviet per num. 36 proportio item Geometrica, in hunc vel similem modum, Ringo contractum, intercedere pistoricum rustica. Ille panes hic galliam permutaturit. Gallinæ pretium esto 2. gr. unius panis pretium 3. psennig. Syllogismus erit talis:

Quoties gallinæ valor superat valorem unius panis, tot panes æstimabuntur pro una gallinâ.

Sed valor gallinæ octies superat valorem unius panis.

E. Octo panes æstimabuntur pro una gallina,

No. 42. Quadrat hoc exemplum ad actum justitiæ directivæ. In correctivâ res est plenior salubris. Quamquam autem & hic inveniri possit exemplum: tamen ne directivam quidem sectantibus ad æstimationem rerum permutandarum semper opus esse videtur proportione Geometricâ. Ut fortasse satius sit de illo actu æstimandi planè hic tacere; de discrimine autem inter utramque justitiæ speciem id unicè observare: distributivam justitiæ Geometricâ proportione gaudere: commutativam arithmeticâ: esse autem opus geometricæ quidem proportionis, inæqualibus tribuere, inæqualia, arithmeticæ verò æqualibus dare æqualia, ut explicuimus supra.

No. 43. Hunc in modum sive exposita sive limata de duabus justitiæ speciebus Aristotelis doctrina facilè non modo intelligitur, sed etiam sustinebit impetum accusationem Grotianarum, quæ habentur Lib. I. de jur. bell. c. 1. §. 8. simul patefaciet, quemadmodum Grotius utriusque justitiæ formas planè novas confinxerit, quod proderit ad intelligenda, quæ lib. 18. seqq. diximus Nos operam dabimus, ut in hac disputatione & Grotii obscuræ phrasès intelligantur.

No. 44. Omittemus autem, quæ ille absque causa novat in vocabulis Ommitemus & alias minutias. Summa rei hæc est: negat Grotius distingui duas justitias duobus proportionum generibus. *Quia*, inquit, *sepe locum hoc habet quidem, non tamen semper. Nam in contractu societatis, cum videlicet partiendum est lucrum vel damnum, observatur proportio Geometrica, & res tamen ipsa spectat ad justitiæ commutativam seu expleticem.* Respondeo: imò verò ad distributivam spectat illa partitio, siquidem collationes fuerint inæquales, per tradita no. 7.

No. 45. Addit Grotius aliud exemplum, ubi justitia distributiva observet proportionem Arithmeticam, puta si unus tantum aptus, inveniatur ad munus publicum. Resp. justitia distributiva æstimanda est, non ex unius muneris publici ad unam solam personam applicatione, sed ex distributione totius massæ, ut ita loquar, officiorum inæqualium inter personas inæquales, per tradita no. 12. & 14.

No. 46. Etiam hoc urget Grotius duas justitias

per se non differre usu proportionum, sed materiâ circa quam seu objectò. Resp. neque nos fumus objectorum obliiti: repete num. 37.

No. 47. Sed audiamus, quomodo ab objectis differentias arceffat Grotius. Statuit facultatem respici à justitiâ commutativâ, aptitudinem verò à distributivâ. Est autem illi facultas jus proprie aut strictè dictum, aptitudo verò id, quod Aristoteli dignitas seu dignitas, de qua nos Tab. XL. lin. 1. Patet autem, nihil aliud ipsi esse aptitudinem, quam jus aliquod laxè dictum, in quo versatur liberalitas & virtutes similes: qualis aptitudo est in probo paupere, ad excipiendam divitis munificentiam sibi convenientem. Igitur & cum commutativam proprie aut strictè dictæ justitiæ nomine dignatus esset, distributivam comitem facit earum virtutum, quæ aliis hominibus utilitatem afferunt, ut liberalitatis, misericordiæ, providentiæ rectoris.

No. 48. Verùm planè aberrat à janua. Differunt quidem duæ justitiæ objectò personali: sed personæ minimè distingvendæ hic sunt aptitudo & facultas, verùm eò potius, quod una se ad alteram habeat, vel ut pars ad partem inæqualem, vel ut totum ad totum æquale. Repete, quæ diximus n. 3. & 14. item n. 20. & 24. Cæterùm in omni specie justitiæ personæ considerantur ut habentes facultatem, & jus, ut ita loquar, quæsitum, aut certè strictè dictum, non verò ut nudâ prædita aptitudine. Quamobrem & utraque justitia stricti juris est observatix, neque commercium quicquam habet, cum laxo jure. Alias magna fierit confusio distinctissimam virtutum. Nec mihi quis hic objiciat, nemini, strictò jure deberi Magistratum in Republ. Dicam enim imò verò debetur dignitatem sive naturalem sive legalem habenti, sed illi (puta, qui naturalem habet dignitatem,) debetur in statu naturali, huic (qui legalem,) in legali & quatenus ferunt utriusque Reipubl. leges.

No. 49. Apparet autem è dictis, verum esse quod diximus lin. 20. ne ipsorum quidem definitorum conceptibus per omnia consentire Grotium cum Aristotele. Atque hinc est, quod divisiones in contractu quolibet societatis instituendas alligat justitiæ commutativæ, quia nimirum exigi debeant ad jus strictum, cum potius debuisset distributivæ, ut monuimus no. 44. Indidem est, quod eum, qui de re suâ legare velit, iis puta, quibus alias stricto jure nihil debebatur, distributivâ justitiâ jubet uti, cum nullius planè justitiæ sit opus illud futurum, sed liberalitatis.

No. 50. Quod autem addit civitatem, quæ de communi reddit, quod civium quidam in publicum impenderunt, justitiæ commutativæ officio fundi, verum est sanè, sed rectè sententiæ non adversatur per num. 21. ubi ostendimus nihil referre, si maxime ex una parte contrahentium sint privati, ex altera societas integra.

AD. TAB. XXIV.

De Justitia Universalis.

ANNOT. CVIII.

Ad Tabulam in genere.

No. 1.

Aristoteles cum ad justitiam particularem pervenisset Lib. V. Nicom. monuit statim c. I. p. 188. vocem justitiæ esse ambiguam) *ἴσως δὲ πλεοναχῶς λέγεσθαι ἢ δικαιοσύνην*) sumi enim jam pro *universali*, jam pro *particulari* justitiâ. Mox initio c. II. declarat, sollicitum ibi se esse tantum de justitiâ particulari. Atque hanc homonymiam breviter tetigimus Tab. præcedenti membr. 1.

No. 2. Verū quia Scholastici tum ex ignorantia historię philosophicæ, tum aliis de causis mentem Aristotelis de universali justitiâ perverterunt, ut Annot. seq. docebitur, visum est nobis faciendum, ut de justitiâ universali particularem Tabulam traderemus, cujus cum præcedentibus connexionem docebit Tab. XIII. membr. 2.

ANNOT. CIX. ad lin. 1.

Virtutem moralem sumtam cum relatione.)

No. 1. Tractanda hic est quæstio: *an divisio, quæ justitia dividitur in universalem & particularem, sit nominis, an rei?* Quæ etiam sic proponi potest: *an justitia universalis à particulari differat tanquam genus à specie, vel totum à parte, an tanquam species à specie, vel pars à parte:* Posterius affirmaverunt Scholastici ferè, quam sententiam è nostris defendit quoque Stahlius Lib. II. Ethic sect. 2. cap. XI. p. 198. sed qui Aristotelem rectè intuetur, dubitare vix potest, quin secundum ipsum prius sit affirmandum, posterius verò negandum. Et ita pronunciat etiam Hornejus Lib. III. Philos. Moral. c. II. no. 4. p. 430.

No. 2. Nam ut omittam locum Philosophi, Annot. præced. citatum. qui homonymiam illam satis aperte profitetur, nihil clariùs his ejus verbis, cum de justitia universali ait c. I. Lib. V. p. 192. *αὐτὴ μὲν ἐν ἡ δικαιοσύνη ἢ μέρει ἀρετῆς, ἀλλὰ ὅλη ἀρετὴ ἐστίν.* Quare &c. seq. p. 195. vocatur ipsi *ἢ κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν τεταγμένη δικαιοσύνη.*

No 3. Necq̄ alia Veterum fuit ante Aristotelem sententia, quod vel iste versiculus Theognidis manifestat. Aristoteli quoque c. I. citatus (non enim ex Hesiodo ipsum protulit Philosophus, ut Carpenterius part. 2. ad Alcinoem p. 124. lapsus memoria tradit, cum sit apud Theognidem versiculus 147.

Ἐν δὲ δικαιοσύνη σὺλλήσαν πᾶς ἀρετὴ ἐστίν.

Neque Aristoteles doctrinam Veterum castigat, in

eo, quod justitiam universalem comparatione particularium virtutum voluerit esse aliquod totum, sed in alio quodam, ut ann. CXLn. 6. declarabitur.

No 4. His auctoritatibus accedat etiam ratio, Justitia enim universalis est illa justitia, quæ præstat bonis legibus seu juribus perfecta obedientia, unde & *legalis* solet vocari. Jam verò leges præcipiunt non modò de servandâ in contractibus æqualitate, quod est justitiæ particularis, sed etiam de non deferendo loco in acie, quæ est fortitudinis, de non audusterando, quod temperantiæ, & ita de cæteris, ut Aristoteles d. I. p. 192. observat. E. justitia Universalis non significat unam tantum specialem virtutem, sed omnes universim, unde & *universalis*, appellatur.

No. 5. E quo simul patet, *Justitiam universalem à virtute morali generatim acceptam* realiter non differre. Etenim virtus moralis est habitus electivus operandi secundum rectam rationem Lib. II. Nicom. c. 6. Operari autem secundum leges est operari secundum rectam rationem, siquidem jus seu lex nihil aliud est, quam dictamen rectæ rationis per Tab. sq. Membr. 3. E. justitia legalis, quæ operatur secundum leges, nihil aliud est, quam virtus moralis, quæ operatur secundum rectam rationem.

No 6. Est tamen inter universalem justitiam & virtutem moralem *discrimen* aliquod *rationis*, fundatum in duplici conceptu seu relatione hominis, uno *ad seipsum*, altero *ad alios homines*. Etenim cum secum ipso comparatur homo, perfectio ejus moralis vocatur *virtus*, siquidem natura virtutis est, subjectum illud, quod virtutem dicitur habere in seipso, perficere aptumque reddere ad opus suum rectè faciendum, quemadmodum e. g. virtus oculi est, quæ oculus & opus ejus rectè se habent, Lib. 2. Nic. c. 6 ab initio. Si autem homo unius cum aliis comparatur, perfectio ejus moralis vocatur *justitia*. Est enim justitia *ἰσοπέδον* Lib. V. Nic. c. I. p. 191. & jus item atque injuria necessariò semper est in pluribus, ib. c. II. p. 232. Atque hoc discrimen innuere voluimus verbis hujus Tab. initialibus, Repete & Tab. XIII membr. 2.

No. 7. Possumus & de alio discrimine cogitare, quod conspicitur in relatione ad particulares virtutes. Ad has enim comparata virtus moralis (*justitia universalis*) magis videtur habere rationem generis ad species (*totius integralis ad suas partes.*) Cum enim definimus virtutem aliquam specialem, generis loco ponimus virtutem, non verò justitiam universalem. Vicissim cum sub universali justitiæ virtutes omnes comprehendit dicuntur, sensus est, comprehendit eas ut partes ipsius integrantes. Verum hoc non est magni momenti, cum & virtus comparatione ad virtutes Particulares totum aliquod

quod integrale, & iustitia universalis seu legalis totum aliquod universale vocari possit, quod monitum jam alibi mox repetam.

ANNOT. CX. ad lin. 10.

Certam speciem aut partem.

Hæc verba exposui Annot. LXIV. No. 5. ubi ostendi, parum referre, siue dicas, cum virtus in fortitudinem, temperantiam, liberalitatem, &c. dividitur, hanc divisionem fieri in species, siue in partes, quod & hic repeto lin. 16. Igitur & quanquam membr. 3. hujus Tab. sect. 1. & 2. ostendi ex doctrina Aristotelis eam fieri in species; ex Veterum, verò in partes, tamen mox sect. 3. ubi ex professo discrepantiam utriusq; doctrinæ expendo, hanc discrepantiam tanquam nullius momenti omitto.

ANNOT. CXI. ad lin. 26.

Harum inter se doctrinarum collatio.

No. 1. De quatuor Virtutibus Cardinalibus exstant Disputationes nostræ duæ. Si Deus voluerit, legentur & suo tempore cæteræ. Hic ea tantum proferemus breviter, quæ ad iustitiam spectant. Sed præmittenda sunt tamen generatim quædam.

No. 20. Plato animæ humanæ tres fecit partes in Capite λόγον, in pectore θυμόν, in abdomine ἡσθητικόν. Cui ultimæ ob causam, quam §. 29. Disp. I. de virtut. Cardin. exposui, non dedit virtutem propriam ac specialem, ut cæteris duabus. Sed cum discipulis ejus inconueniens videretur, sententiam ejus hic mutauerit, & unquamlibet animæ partem peculiari virtute instruxerunt, intellectu, sc. seu rationem (λόγον) prudentiam, facultatem, irascibilem (θυμόν) fortitudinem, concupiscibilem, (ἡσθητικόν) temperantiam. Quod si quælibet pars suam haberet virtutem, complexionem virtutum omnium vocaverunt iustitiam. E quo intelligis, iustitiæ nomine, non particularem illis iustitiam, venisse, sed universalem.

No. 3. Secundum hæc dicebant, quatuor in universum esse virtutes humanas, Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam, atque Iustitiam. Atque hæc a temporibus Ambrosii Cardinales appellatæ sunt in Scholis. Hæc autem doctrina, si cum Aristotelicâ compareretur, quod ad iustitiam attinet, tria habet incommoda, quæ artic. 4. 5. & 6. hujus lectionis expressimus.

No. 4. Primum incommodum est, quod iustitiam, quæ proprie loquendô virtus mere moralis, faciebant totum quoddam partim ex moralibus, partim ex intellectu-ali virtute compositum.

No. 5. Secundum incommodum est, quod iustiti-

tiam, quæ est totum, connumeraverunt suis partibus: quod vitium divisionis simile est illi, si quis v. g. dicat, primas qualitates esse has quinque: calidum, frigidum, humidum, siccum, & temperamentum. Temperamentum enim non est particularis qualitas, sed omnium quatuor qualitatum complexio.

No. 6. Tertium incommodum est, quod formalem rationem iustitiæ universalis ponebant in relatione animæ totius ad suas partes, vel partium animæ ad se mutuo adeoque in respectu hominis ad se ipsum: cum debuissent potius in respectu hominis ad alios homines, per ea, quæ diximus Annot. CIX. num. 6. Nam huc imprimis pertinent verba Lib. V. Nic. c. 1. p. 1. p. 191. de iustitiâ universali: ἀρετὴ ἴση ἐστὶ πλεῖστα, ἀλλ' ἐστὶ ἀπὸ πολλῶν, ἀλλὰ ὅμοια ἐστὶν, quibus videtur Aristoteles Platonicam illam interpretationem castigavisse. Vide & Hornejum Lib. III. Phil. mor. c. 11. n. 10. p. 441. 442. ac Zvingerum in Scholiis ad Lib. IX. Nicom. c. 9. p. m. 390.

ANNOT. CXII. ad lin. 50.

Scholastici alia ratione exponunt.

No. 1. Diximus Annot. præced. no. 5. vitium esse divisionis, si eidem divisio subjiciatur & totum & partes ipsius, atque in hoc vitium incurrisse Veteres, qui iustitiam universalem annumeraverint, virtutibus particularibus. Hoc vitium salvo totius divisionis fundamento corrigi melius non potest, quam si universalem illam virtutem expungamus ex Catalogo virtutum particularium. Quo pacto tres tantum remanebunt virtutes Cardinales, neque plures postulabat fundamentum divisionis, cum animæ quoque partes non plures, quam tres, agnitæ fuerint a Veteribus.

No. 2. Qui verò divisioni mederi voluerunt, ita ut nihilominus retinerent iustitiam & numerum quaternarium virtutum; ii coacti fuerunt ex universali iustitia facere particularem & simul aliquid mutare in fundamento dividendi vel etiâ planè novum fundamentum substituere.

No. 3. Fecerunt hoc partim veteres quidam ante Scholasticorum ætatem, partim Scholastici: de quibus dicta jam nobis sunt quædam Disp. II. de quat. virt. Card. §. 30. & seqq. sed horum omnium quot capita, tot ferè sententiæ fuerunt.

No. 4. Ex Veteribus Proclus mutavit aliquid circa fundamentum. Retentâ enim animæ divisione in partes, τὸ ἡσθητικόν seu concupiscibilem appetitum subdividit in τὸ φιλοπόνητον & τὸ φιλοχρημάτων, h. e. in cupiditatem voluptatum & divitiarum; ac prioris matertricem statuit esse temperantiam, posterioris verò iustitiam, in duabus virtutibus cæteris nihil mutavit. Vide ipsum eis τὴν πλεῖστα p. m. 490.

No. 5. Novum planè fundamentum quaesiverunt illi, qui dicebant, quatuor esse virtutes præ-

AD TABULAM XXIV. & XXV.

quaternio effectuum numero: affectus illi sunt circa bonum praesens *letitia*, circa malum praesens *tristitia*, circa bonum futurum *spes*, circa malum futurum *timor*. Fortasse disputaverunt hi ex principiis Stoicis: Sed de hac expositione nihil habeo compertum amplius, quam quod scribit Hieronymus in c. 1. Exech. Tom. V. Oper. f. m. 177. *Audisse me memini, quatuor perturbationes, de quibus plenissime Cicero in Thescul. disputat. gaudii, aegritudinis, cupidinis, & timoris, quorum duo praesentia, duo futura sunt, per quatuor significari animalia (Ezechielis) de quibus & Virgilius breviter: hinc metuunt, cupiuntque, dolent gaudentque qua regi debeant ratione & potentia DEI, quibusque opposita sunt, imò opposita virtutes quatuor, prudentia, iustitia, fortitudo temperantia, ut harum gubernentur arbitrio, que quomodo vultibus hominis, leonis, vitulique & aquile coaptentur, omnino tacuerunt.*

perio apud *Scotistas*, ut *Claudium Frassen* Part. IV. *Philos. Academ.* p. 123. qui ita differit: *omnis virtus moralis vel pertinet ad rationem formandam, vel ad appetitum regulandum. Si ad rationem, est prudentia, si ad appetitum, vel eum inclinat ad alienum bonum, & sic est iustitia: vel ad propriam, idq. dupliciter: nam vel illi bono adversatur appetitus concupiscibilis, & circa aliud occupatur temperantia, vel eidem bono adversatur appetitus irascibilis, & circa hoc versatur fortitudo.*

No. 8. Adhuc aliter *Nominales*, ut *Buridanus* Lib. III. *Eth. quæst. 20.* quem ut alibi passim, ita hic etiam, licet illius nomine tacito, sequitur *Joh. Gvernerus Geisius* in prodromo *Viridarii Moralis* qv. 53. p. 333. Summa expositionis hæc est: *Virtus cardinalis alia est intellectualis nempe prudentia, alia moralis. Et hæc versatur vel circa bonum utile, nempe iustitia, vel circa delectabile, temperantia, vel circa honestum, fortitudo.*

No. 6. E. Scholasticis *Thomas* cum affectis mutavit leviter aliquid in fundamento divisionis, duobusque *Platonis* appetitibus concupiscibili & irascibili adiecit tertio loco appetitum rationalem. Sunt enim apud *Aristotelem* Lib. 1. *Magnor. Moral.* c. 3. *ορεξις εἰς τὸ καλόν, ἀπειροσύνη, θυμὸς, βέλγησις.* Igitur ex mente *Thomæ* intellectum gubernat prudentia, appetitum irascibilem fortitudo, concupiscibilem temperantia, rationalem iustitia. Hanc expositionem sequuntur & conimbricent. *Disputat. Ethic. VII. quæst. 6. Artic. 1. p. m. 709.*

No. 9. *Joh. Gerson*, seu quicumque Auctor est *Compendii Theol.* quod legitur part. II. *Oper. Gersonis* *Tract. IV.* illius *Compend.* qui est de septem virtutibus, planè novum querit fundamentum. Præsupponit enim ut in virtutibus tribus *Theologicis* amor hominis se rectè habet ad Creatorem, ita in 4. Cardinalibus amorem illum rectè se habere ad Creaturam. Creatura verò vel sub nobis est, ut caro, vel juxta nos, ut proximus, vel contra nos, idque rursus vel insidiandò, vel molestandò. Amorem ergò carnis dirigi, existimat à temperantiâ, proximi à iustitiâ, creaturæ insidiantis à prudentiâ, molestantis à fortitudine.

No. 7. Majorem fundamenti mutationem re-



AD TAB. XXV.

De Jure.

ANNOT. CXIII. ad lin. 6.

Lex Aristotelis est Oratio.
Locus Philosophi est cap. ult. Lib. ult. Nic. p. 442. *Ὅδὲ νόμος ἀναγκαστικὴ ἔχει δύναμις, λόγῳ ἢ ἀπορίας φρονήσεως καὶ νῦν.*

ANNOT. CXIV. ad Membr. lin. 8.

Divisio in jus Politicum & Oeconomicum.

No. 1. De hac Divisione in primis consulatur c. 6. Lib. V. *Nicom.*

No. 2. Fundamentum ejus est varietas sociatum. Quot enim humanarum societatem tot etiam juris possunt esse species, siquidem omne jus locum habet inter homines plures aliqua societate copulatos. Hinc *Aristot.* L. II. *Magn. Moral.* c. II. f. 141. lit. F. *τὸ δὲ δικαίον ἐστὶ καὶ ἕνωσ ὡς πῶς πολίτην, καὶ δὲ πρὸς δισπότην, καὶ πολίτη πρὸς πολίτην, καὶ ἡμῶν πρὸς πᾶσι, καὶ γυναῖκα πρὸς ἄνδρα, καὶ ὅσα ἀπλῶς ἄλλαι κοινωνίαι καὶ φιλίαι ἐνίστην ἕκαστοι τύπων.*

No. 3. Jam cum magna sit humanarum societatum varietas, juvat eam colligere, in membra quam paucissima, h. e. duo. Id commodè fiet, si dicamus, in quavis societate copulari perfectum aut cum imperfecto, aut cum perfecto alio. Voco perfectum eum, qui ob prudentiam res suas administrandi sui est juris, qualis quilibet paterfamilias personali libertate præditus. Societas ergò perfecti cum imperfectis est *domestica*, cum perfectis *civile*. Unde & jus aliud *domesticum*, aliud *civile*.

N. 4. Jus *domesticum*, intercedit Patrifamilias tanquam perfecto homini cum servo, uxore, & filio, quorum trium imperfectionem his verbis deping. *Arist. Lib. I. Polit. c. 8. p. m. 55. ὁμοίως γὰρ δὲ ἄλλῳ* (intellige servum naturalem, de quo Tab. XXXV. (Membr. 4. *ὅλως ἐστὶ ἔχει τὸ βγαθτικὸν τὸ δὲ θῆλυ ἔχει μὲν ἀλλ' ἀκυρον ὁ δὲ πᾶσι* (fides filium hic considerari, quamdiu est puer tantum, & consequenter sub potestate patriâ,) *ἔχει μὲν ἀλλ' ἀπλῶς.*

E

No. 5.

No. 5. Jus civile intercedit propriè *civis cum ci-
ve*. Sunt enim hi non modò perfecti homines,
sed etiam perfecti socii, ut qui una degant in socie-
tate perfectissimâ h. e. civitate. Atque secundum
hæc intelligi debet locus, quem * 2. produimus ex
Lib. V. Nic. 6. Dum enim ibi dicitur, quod jus ci-
vile sit *sociorum vita ad sufficientiam*, in eo descri-
buntur socii perfecti dum additur, *liberorum*, in eo
describuntur homines perfecti. Vid. & Tab. xxxix.
Membr. 6. * 1. 2. 3.

No. 6. Secundariò tamen jus civile extendit se
ad societatem *peregrini cum peregrino*. Esti enim
hi non sunt socii perfecti, sunt tamen homines
perfecti h. e. uterq; liber ac sui juris, deguntque
ambo in eadem civitate saltem ut *cives secundum
quid*, licet non ut *cives simpliciter dicti*. Vid. Tab.
XXXIX. Membr. 6. * 4. Imò Aristoteles jus quo-
que *hostis cum hoste* ad civile jus retulit. Cap. enim
7. Lib. V. Nicom. cum jus politicum seu civile di-
visisset in naturale & legitimam mox legitimi ex-
emplum facit τὸ μὴ ἀλωτρεῖσθαι, minâ captivum
redimere.

No. 7. Quod si quis nolit jus peregrini cum pe-
regrino aut hostis cum hoste reducere ad jus ci-
vile, poterit ille *res* juris pariter & societatis species
constituere, jus nempe *domesticum, civile & gentium*
similiterq; societatem *domesticam, civilem, & munda-
nam*, è quibus civili latior quidem est mondana,
angustior verò domestica Conf. quæ de triplici
jure voluntario humno differit Grotius Lib. I. de
jur. bell. c. 1. no. 14.

No. 8. Quòd divisio juris (perinde ut infra Tab.
XXXI. Membr. 3. * 1. divisio amicitia) in civile
& domesticum, sit *analogi* in analogata probatur
primò auctoritate Aristotelis, quia jus civile τὸ πῶ-
λιν δίκαιον expressè vocat jus simpliciter τὸ ἀ-
πλῶς δίκαιον, Lib. V. Nic. c. 6. p. 212; reliquum
jus τίμαιον καθ' ὁμοίωσιν. ibid. 21. & ὁμοίον, p. 214.
κατὰ μετὰ Φασὶν ὁμοίωσιν. c. 11. p. 223. Hæc
refer & locum lib. I. Magn Moral. c. 34. f. 122. lit. H.
ἔστι δὲ δίκαιον δικέτη πρὸς θεοὺς πῶλιν, καὶ πρὸς πα-
τέρας (atque hoc jus est domesticum) τὸ δ' ἐν τῆ-
ποις δίκαιον ὁμωνύμως ἀν' ἄλλοις λέγασθαι τὸ πολυ-
τικὸν δίκαιον. Solent enim interdum *analogia* quoque
vocare *homonyma*.

No. 9. Deinde idem probatur ratione. Jus enim
propriè est ad alterum, per annot. CIX. no. 6. Do-
mestici autem non alterum sunt quiddam à patre-
familias, sed certò modò partes ejus. Hanc rati-
onem urget Aristoteles Lib. V. Nic. c. 6. p. 214.

No. 10. Interim jus illud nec planè æquivoce
tale est: siquidem domestici absolutè considerati
utiq; sunt distincti à Patrefamilias homines. Et in
talibus intercedit omninò jus aliquod imperanti
& parenti Lib. V. Nic. c. 11. in fine Distinctio in-
ter servum ut *servum & ut hominem*, expressè habe-
tur Lib. IIX. Nicom. c. 11. p. 348.

ANNOT. CXV. ad Membr. V. lin. 26.
Subdivisio juris Politici in naturale & legitimam.

No. 1. De hac subdivisione consulatur imprimis
c. 7. Lib. V. Nicom.

No. 2. Fundamentum ejus quærendum est in
objeto. Actus enim sunt per suam naturam deter-
minati ad moralitatem, aut *indifferentes*. Priores
ad jus *naturale*, posteriores ad jus *legiticum seu
positivum* pertinent.

No. 3. Quòd alio sensu Aristoteles, aliò *Jure-
consulti* usurpent vocabula juris *naturalis & civilis*,
ut alio omittamus, vel ex eo abundè patet, quòd
jus naturale Aristoteli quidem est species, Jure-
consultis verò conspecies juris civilis.

No. 4. Quamvis Grotius Lib. I. de jur. bell. c. 1.
§. 9. dum profitetur, optimam esse juris partitio-
nem, quæ apud Aristotelem extet, in *naturale & vo-
luntarium* eamque suam facit, videri queat iisdem
sensibus cum Aristotele indulgere voluisse: tamen
inter utriusq; divisionem plurimum interest. Nam
primò Aristoteles jus civile tantum. Grotius verò
jus generalissimè sumtum dividit in naturale &
voluntarium. Secundo Grotius §. 13. voluntarium
subdividit in humanum & divinum (cujus exem-
plum potest esse lex ceremonialis & forensis in Rei-
publica Judaicâ; At Aristoteles jus voluntarium
Divinum, ut quòd merè fuit revelationis, igno-
ravit. Neque adeo pertinet illud ad Respubli-
cas humanas, sed ad Divinam, quam Tab. XLII.
lin. 34. ex Josepho *θεοκρατία* vocavimus. Tertio
Grotius §. 14. Voluntarium humanum subdivi-
dit in civile, gentium & domesticum, atque adeò
jus civile, quòd Aristotele est genus juris volunta-
rii, constituit ejus speciem, magis hæc in re Jure-
consultorum, quàm Aristotelis lingua loquens.

ANNOT. CXVI. ad membr. VI. lin. 45.

Cognatum æquum.)

No. 1. De æquo imprimis consulatur c. 10. Lib.
V. Nicom.

No. 2. *Æquum a jure* differt tanquam proposi-
tio debitam limitationem habens expressam a non
habente. Cum enim jura seu leges scribi soleant
formâ propositionum universalium, sed quæ ta-
men in casibus quibusdam raris aut improvisis ex-
ceptiones certas patiantur, si talis exceptio vel
explicatio debita additur, æquum solet vocari.

No. 3. e. g. lex in aliqua civitate: *peregrinus si
murum ascendat, capite plectatur*. Eveniat casus,
ut in publico ab hostibus murum invadentibus
periculo dejectentorum illorum gratiâ conscendat
morum & peregrinus. Svadet heic æquitas, ut
hoc factum peregrini non modò sit impune, sed
vel præmio afficiatur. Nec enim præsumitur mens
alia fuisse legislatoris, quàm curiositati aut ani-
mo proditorio peregrinorum ponere obicem Li-
mitata ergò lex juxta dictamen æquitatis sic sona-
bit: *peregrinus, si murum ascendat sc. curiosita-
tis aut prodenda urbis gratiâ, capite plectatur*. Sic
limitata vocabitur æquum.

No. 4. Si de sensu legis oritur controversia, sta-
tum ejus Rhetores vocant *πρὸς τὴν καὶ διανοίας*
tur-

No. 5. Equitati duo opponuntur, *παρανομία* & *συκοφαντία*. Utriusque exemplum dabitur accomodatam ad legem illam de peregrino. Exemplum igitur *παρανομίας* fuerit, si quis peregrinum ejusmodi qualem dedimus tr. 3. postulet ad supplicium capitis. Exemplum *συκοφαντίας*

si civem, cui nomen proprium sit Peregrinus (sicut nomen hoc fuit Philosophi cujusdam apud Gellium, Lib. XII. c. II.) cum murum ascendisset, accuset aliquis ex dicta lege. Manifestum enim est, peregrini vocabulum in ea lege appellativum esse, non proprium.

AD TAB. XXVI.
De Justo & Injusto.

ANNOT. CXVII. ad lin. 21.

(Ab aliis duobus læsionum generibus.)

DE tribus læsionum generibus consulendus imprimis Locus Lib. V. Nic. c. 8. satis prolixus, a verbis *ἡ ἐπινομία* & c. p. 216 usq. ad fin. capitis, quem totum latine quocumq. vertit Grotius Lib. III. de Jur. bell. c. 11. num. 4. Brevior harum læsionem expositio habetur Lib. I. Rhet. c. 13 p. 30. Quam ipsam quoque d. L. transtulit Grotius.

No. 1.

No. 2. Utrobique autem tria tantum numerantur læsionem genera. E quibus *ἀτύχημα* Grotius vertit *infortunium* *ἀμαρτημα*, *culpa* aliquam *ἀδικημα*, *injuriam*: sicuti *βλάστη* interpretatus erat, *damni dationem*. Satis expressa in hanc sententiam verba sunt Nicomacheorum: *τρεῖς δὲ εἰσὶν ἐλαβεῖν ἢ ἐν ταῖς κοινότησιν.*

No. 3. Sed quia tamen in iisdem Nicomacheis ipsum *ἀδικημα* non obscure duplex constituitur ab Aristotele (*ὑποδιαίρεσιν* agnoscit & Giphanius in Comment. p. 413. quam & nos exsecuti sumus * 5.) non plane rejicio sententiam Dn. Dürrii, qui p. 309. Instit. Ethic. unicâ divisione rem omnem complexus *quatuor* numerat læsionum genera. Imò verò qualemcunque quadripartitionem eo loco instituere maxime proficuum est ad meli⁹ intelligendas ambiguitates vocabulorum *ἀμαρτημα* & *ἀδικημα*, quas in binis illis textibus, uno Nicomacheorum, altero Rhetoricorum observabiles explicare hâc occasione libitū est.

No. 4. Divisio ergo læsionum in *quatuor* membra, quam Nicomachea quodammodo intricatam suggerunt, commodissime videtur institui posse hoc modo: Læsiō vel *invita* est vel *spontanea*: *Invita* vel *prævideni* aut *præsumi* non potest, & vocatur *ἀτύχημα* *infortunium*; vel *præsumi* potest & vocatur *ἀμαρτημα* *erratum*. Utriusque exemplum dabitur ex Græco Scholiaste Michaële Ephesio ad h. l. f. 135. Nam si quis in loco deserto jaculetur, qua nullus transire consuevit, casuque aliquem intercurrentem vulneret, *infortunium* est: in loco enim tali præsumi non potest fore, ut aliquis lædatur. At si idem contingat jaculanti in loco aut via, ubi multi versari consueverunt, non

infortunium erit, sed *erratum*: potest enim ac debet præsumi, fieri facile posse, ut emissum tali loco jaculum teriat aliquem. Interim utraq. læsiō *invita* est, quia præsuppono, neutrum habuisse lædendi ullius hominis voluntatem. *Spontanea* læsiō similiter est duplex! aut enim non fit ex præviâ deliberatione, sed ex subito affectu, ut ex irâ aut fit ex deliberatione præviâ. Utraque *ἀδικημα* vocatur; sed illa secundum quid & improprie, hæc simpliciter & proprie: illa *non plena*, hæc *plena*, Illius exemplum, si quis aliquem vulneret ex irâ subitâ, absq. spatio deliberandi: hujus si vulneret ex præviâ deliberatione. Utraq. spontanea est quidem (*ἀνπροσβία* per iram commissa spontanea agnoscitur V. Nic. XI. q. 23 I.) quia fit cum animo lædendi: sed illa tamen *lævi*or, hæc *gravior*, ob hoc ipsum, quia illam deliberatio non præcesserat, hanc præcesserat. Hæc de Divisione quadri membri in usum Loci ex Nicomacheis.

No. 5. At verò Rhetoricorum locus divisionem flagitat non nisi trimembrem, eaq. ex ipso textu facillimè fuit hunc in modum: læsiō *aut* præsumi non potest, nec fit cum malitiâ: *aut* præsumi quidem potest, sed ipsa quoque tamen caret malitiâ: *aut* & præsumi potest & fit cum malitiâ. *Prima* vocatur *ἀτύχημα*, *secunda* *ἀμαρτημα*, *tertia* *ἀδικημα*. Si quis hominem vulneret, jaculans in loco solitario (retinebo enim exempla superiora) *ἀτύχημα* est, si jaculans in loco non solitario, aut etiam ex irâ subitâ, *ἀμαρτημα*; si vero deliberato, *ἀδικημα*.

No. 6. Ex his intelligitur, *ἀτύχημα* quidem in utroq. loco sumi eodem sensu: *ἀμαρτημα* in Rhetoricis patere latius, quam in Nicomacheis: comprehendit enim Nicomacheorum etiam *ἀδικημα* non plenum. Unde porro sequitur, ut *ἀδικημα* Rhetoricorum strictius sumatur, quam Nicomacheorum: siquidem solum plenum *ἀδικημα* significat. Atq. hæc facile intelliguntur è nostris exemplis.

No. 7. Ut autem ad ipsius Aristotelis mentem de hac homonymia vocis *ἀμαρτημα* præcipue (quâ nescio an quis alius observaverit) liquidius constet, ipsa philpophi verba inter se comparabimus. *ἀμαρτηματα* in Rhetoricis ita definiuntur, *ὅσα (1) μὴ παρεβλάσθη καὶ (2) μὴ ἀπὸ πονηρίας*. Hanc definitionem ajo competere quoad utrumque requisitum non modo *ἀμαρτημα*. Nicomacheorum, de quo nemo dubitare potest, sed etiam

iam ἀδικήματα non pleno: de hoc enim ita ibi loquitur Philosophus; si vero (lædat quis alium) sciens quidem, (εἰδὼς μὲν ἐργὸν μὴ πρᾶξιόν τι) quod erat requisitum primum, iratus ἀπειρολόγως quidem occidit alterum, sed non πρᾶξιόν τι ait Lambinus in Comment. ad Nic. p. m. 235.) sed absque previa deliberatione est, ἀδικήματα (non plenum) qualia sunt quæcumq; vel per iram, vel per alios affectus necessarios & naturales eveniunt hominibus: sic enim vocantes & errantes ἀμαρτάνοντες ergo ipsum tale ἀδικήματα rectè vocabitur ἀμαρτήματα quoque, (ut in Rhetoricis) injuriam quidem inferunt & corum facta sunt ἀδικήματα (saltem aliquo modo) sed ibi propterea nondum injurii aut mali (πονηροί) sunt. (vid. lin. 45 hujus Tab.) neq; enim læsio illa facta est per malitiam Διῆς μοχθηρίας, quod potuisset etiam πονηρίας dicere, sicuti quem paulo ante πονηρία mox eum vocat μοχθηρόν. Ecce igitur alterum quoque requisitum.)

No. 8. Patet è dictis ἀδικήματα non plenum habere convenientiam non modò cum ἀδικήματα pleno, sed etiam cum ἀμαρτήματα adeoque, ut in Nicomacheis constituitur, species ἀδικήματα late dicti sic in Rhetoricis posse constitui speciem ἀμαρτήματα late dicti, hoc modò ἀμαρτήματα late dictum duas habet species, nempe ἀμαρτήματα strictè dictum, de quo in Nicomacheis, ejus exemplum est in jaculante per viam publicam: & ἀδικήματα non plenum, cujus exemplum in vulnerante per iram præcipitem.

No. 9. Hæc duæ species in eo conveniunt, (1.) quòd neutra fiat cum malitià, h. e. ex proposito prædeliberato nocendi, quòd item (2.) neutra sit πρᾶξιόν τι seu inopinabilis: differunt autem, quòd ἀμαρτήματα strictè dictum fit animò non lædendi cupido, sed quidvis intendente potius ἀδικήματα verò non plenum fit animò lædendi, licet absque præviâ deliberatione. Interim cuiusque generi proximo πᾶν ἀδικήματα non plenum subjicias, certum est, quòd ipsum unâ cum ἀμαρτήματα strictè dicto, tanquam læsiones nec planè spontaneæ nec prorsus invitæ, eòque veniâ pariter & animadversione aliqua dignæ, mediò loco interjectæ sint quasi inter ἀτύχηματα & ἀδικήματα plenum veluti duo extrema, quorum illi cen perfectè invito nulla, huic tanquam perfectè spontaneo maxima debeat poena. Etiam Grotius agnovit inter plenam injuriam & verum infortunium intercedere mediū ἀμαρτήματα.

No. 10. Cæterum inter exempla ἀμαρτημάτων haud dubie referendum est si quis vellicandi tantum animò aliquem vulneret: præsumi enim utriusque & caveri talis eventus potest. Et in ipso Nicomacheorum textu clarissime hoc est inter exempla, de quibus præcesserat: Ἐὰ μὲν μὲν ἀγνοίας ἀμαρτήματα. Neque aliter accepit Giphanius p. 413. ad Nicom. ubi ἀμαρτήματα explicat. Quid ergò est, quòd totum illum locum Dn. Diirius p. 309. Inlit. Ethic. quasi ex ipsius Aristotelis

mente ad ἀτύχηματα seu infortunium trahit Nempe non ipsius errorem ibi, sed Grotii legimus, (hujus enim versionem ibi retinet.) qui aut in codice suo habuit: Ἐὰ μὲν μὲν ἀγνοίας ἀτύχηματα. Et, aut læsioni vulgatæ hanc suam substituit, Planè enim secundum hanc scripturam vertit.

No. 11. Sed miror, Grotium, qui in illum locum vertendum eò majore cum curâ incubuit, quia, ut ipse loquitur, minus rectè verti, ideoque nec satis intelligi soleat, non animadvertisse, saltem illud de vellicaturiente exemplum magis ἀμαρτήματα quadrare, quàm ad ἀτύχηματα: neque enim eventus ille vulnerationis merum est infortunium, sed prævideri utique potest ac debet, planè ut in exemplo Michaëlis Ephesi, quòd Grotius quoque affert de eo, qui in publica viâ jaculatur. Itaque aut retinenda est læsio illa vulgatæ, aut quòd Matthias Bergius vult in variis ad Nicom. læsionibus p. 458. vox ἀμαρτήματα nullâ planè aliâ substitutâ eradi debet, ut totus ille textus declaret in genere tantum, quid sit ἄγνοια, quæ certo modo in utroque genere læsionem, sive ἀμαρτημάτων, sive ἀτύχημάτων locum habet.

No. 12. Unum adhuc addo, quatuor illa læsionum genera, quæ supra n. 4. è Nicom. explicuimus singula nominibus singulis appellat Dn. Diirius, nempe ἀτύχηματα, ἀμαρτήματα, ἀδικήματα & ἀδικίαν. Est autem illi ἀδικήματα, quòd nobis cum appposito ἀδικήματα non plenum, ἀδικία verò, quòd nobis ἀδικήματα plenum. Videatur occasionem præbuisse ei verba Nicom. p. 220. quibus irascisci dicitur, ἀπὸ φασμασίου ἀδικία h. e. ex eo, quòd quis injuriose factum existimat, ut Grotius vertit. Interim certum est, quòd ἀδικήματα vox Aristotelis pag. seq. plenas etiam injurias notet, cum ait: κατὰ ταύτῃ ἢ δὴ τὰ ἀδικήματα τὰ ἀδικίαν ἀδικίαν, imò in Rhetoricorum loco ἀδικήματα illi plane nihil aliud sunt, quàm injuriæ plene, ut docuimus num. 6. Placet interim omnino consilium doctissimi Viri, cogitantis, quemadmodum suum cuiusque spectet vocabulum reperiret.

ANNOT. CXIX. ad lin. 35.

Hæc tria requisita.

No. 1. Injuria particularis propriè dicta seu plena tria habet requisita (1) ut lædens agat volens (2) ut læsus patiatur invito. (3) ut læsio ipsa sit contra jus seu legem. Fluunt hæc requisita ex tribus conceptibus, quibus definiri potest injuria, quòd sit actio 1. moralis. 2. mala. 3. lædens alterum. E primo conceptu fuit requisitum primum e secundo tertium, ex tercio secundum. Etenim moralis esse non potest, nisi fiat à volente (maxime enim ex voluntate æstimatur moralitas, conf. lin. 46. hujus Tabulæ; nec mala, subaudi moraliter, nisi contra legem: nec læsio, nisi inferatur invito.

No. 2. Hoc ultimum (cætera enim facilia) sic per:

persuadebis. *Ledere* nihil aliud est, quam alteri bonum aliquod *suum* (de quo Annot. CIV. no. 1.) eripere. Jam quia unicuique licet bonum suum abdicare & alteri concedere, si in ipso eripiendi actus, cui quid eripitur, rem ereptam eripienti donet (hoc autem facere censetur, si damnum illud patiatur volens,) bonum illud hoc ipso definit esse *suum*, adeoque vim lésionis & consequenter injuriæ amittit: ut si quis amicus librum ex armario meo spectante me, & vel risu justi in donationem consensûs signum edente auferat, proque suo absportet, non furtum hoc erit, sed ablatio rei donatæ. Quare & jure consulti in definitione furti requirunt, ut quod auferatur, auferatur *invito*.

No. 3. Sed hic observa, *voluntatem* patientis, si cessare debeat injuria, oportere esse *plenam*. *Voluntas enim non plena* (de qua Tab. XI. l. 52. (mixturam habet *inviti*). E. hæc exceptione non potuisset exculare Tarquinius stuprum Lucretiæ volenti quidem, sed voluntate non plenâ, illatum. Fuit enim utique atrox injuria.

No. 4. Sicuti contra stuprum quod lascivæ puellæ ultrò invitanti eoque plenam patiendi voluntatem habenti inferitur, injuria non est, puta *particularis*, & pro quâ sibi tanquam vere læsæ satisfieri coram judice possit flagitare. Interim tamen graviter peccavit stuprator, si non contra justitiam *particularem æstimatam ex parte meretricis*, certe contra *universalem* eoque & ipse fecit, & illa passâ est *rem injustam* (quam ab *injuria* caute distinguit Philosophus Lib. V. Nic. c. 9. p. 233.)

No. 5. Imò verò injuriam quoque *particularem* intulit, sed *familiæ*; cui nolenti eripuit honorem; in incorruptis familiæ virginibus situm: ac præterea: ea *Republ.* cujus interest talia non perpetrari, sed honestatem ac decus servari. Cujus rei ratio est, quia boni illius, quo homo talis eripi sibi patitur, ipse non pleno jure Dominus est, sed partem ejus Parentes, partem Patria vindicat. Itaque si maxime ipse propter inordinatæ voluntatē

consensum injuriam non patitur, patiuntur tamen parentes, Amici, Patria. Atque ex hoc fundamento intelligis quoque, verum esse, quod disputat Aristoteles Lib. V. Nic. c. 11. sub init. *illud*, qui contra leges est *ἀδύσχητος*, injuriam facere non sibi quidem, bene tamen Reipublicæ.

No. 6. Caterùm ex duobus illis injuriæ requisitis, uno quoddam agens sponte agere, alterò, quod patiens invito pati debeat, ultrò sequitur, *nomen a seipso posse affici injuria*; Sequeretur enim, eundem ejusdem respectu simul velle & nolle, quod implicat. Itaque injuria semper est in pluribus per annot. CIX. num. 6.

No. 7. Insuper de duobus his requisitis expresso egit Aristoteles lib. V. Nic. de *priori* quidem c. 8. de *posteriore* verò c. 9. Atque eadem duo conjungit Lib. I. Rhet. c. 13. n. 9. & 10. p. 79. Ubi cum definiisset, quid sit injuriam pati, nempe τὸ ὑπὸ ἐκόντων τῶ ἀδίκῳ πείχων, mox conjungit: ἀνάγκη δ' ἀδικήσαντος βλάπτεσθαι καὶ ἀνυπαίτου βλάπτεσθαι.

No. 8. *Tertium* requisitum, ut læsio sit contra *justitiam*, expresse quoque habetur in Definitione quæ exstat Lib. I. Rhet. c. 10. num. 2. p. 58. Ubi ἀδικῶν injuriam facere definitur τὸ βλάπτεσθαι ἐκόντῳ καὶ ὑπόμῳ, si quis lædatur (alterum) volens adversari legem.

Quæ definitio rotundissima pariter, & tum illi, quam dedimus in Tab. * 6. tum alteri, quam supra n. 1. tradebamus, planè gemina est. Læsio enim, nisi ab invito excipiat læsio non est per num. 2.

No. 9. Porro requisitum, hoc, ut læsio sit *legibus adversa*, vel idèò necessarium fuit, quia multi (v. g. fures ducendi ad patibulum) jus suum patiuntur admodum invito (*ἐνίοι δίκαιον*) ἢ ἐκόντως, inquit Phil. V. Nic. 9. p. 222.) quibus tamen ob hoc ipsum injuria non fit, licet maxime, & invito & a volente lædantur. Imò proprie loquendo ne læsio quidem isthæc fuerit. Lædi enim est *suum* amittere per num. 2. quod autem talibus ex justitiâ vindicativâ eripitur, *ipsorum esse* (de jure quidem, si maxime non de facto) *desit*, quo primum tempore inciderunt in reatum.

AD TAB. XXVII.

De Semivirtute, Virtute communi & Heroicâ.

ANNOT. CXIX. ad prima verba Tab. *Virtus ratione existens (Ec.)*

No. 1. DE hac distinctione virtutis consulendus Arist. lib. VII. Nicom. capp. prioribus 10. Ne autem confundas eam cum aliis duabus; quarum una fit in *species*, altera in *modos concipiendi*, repete quæ dicta sunt Tab. XIII.

No. 2. Hæc præsens fieri dicitur in *gradus existendi*, Quod ut recte intelligas, animadvertes, mul-

lum esse hominem in hac mortalitate, qui habeat virtutem eo gradu perfectionis, quem ita comprehendit. Talis enim perfectio excludit omnem vitium. Nemo autem vivit, quin habeat suos *navos*: cujus rei ratio querenda est in peccato originali, vid. l. 44. hujus Tab. Quod peccatum quia non satis exploratum habuere gentiles, non mirum, si Stoici eò arrogantia pervenerunt, ut crederent, se ad statum absolutæ perfectionis in hæc etiam vitâ vervenire posse. Similem deceptionem passi sunt in Ecclesiâ quoque οἱ πλά-

ANNOTATIONES

γινώσκοντες Monachi, quum peccati originalis vires extenuassent.

No. 3. Secundum hæc ergo, quicquid est inter homines virtutum moralium, imperfectum est. Sed quia tamen hæc ipsa imperfectio suos gradus habet, hinc est, ut virtutum alia *perfecta* possit appellari alia *imperfecta*; perfecta inquam non *absolutè*, sed *comparatè* per lin. 50. hujus Tab.

No. 4. Comparata hæc perfectio tripliciter examinari videtur posse 1. intra hominem ex diversitate *principis dirigendis*: iterum intra hominem ex diversitate *materia obsequentiis*: 3. extra hominem ex diversitate *influxus divini*. Unde necesse est divisionem virtutis quoad existentiam consideratæ in perfectam & imperfectam, *tribus modis* exponi posse.

No. 5. Juxta *primam* expositionem virtus perfecta est *Christianorum* imperfecta *gentilium*. In gentilibus enim principium dirigens sola est *prudencia humana*; in Christianis verò insuper *fides salvifica*. Hæc distinctio non valdè absimilis est illi, qua distinguimus inter virtutem *veram* & *apparentem*, qua de re Tab. XV. membr. IV.

No. 6. Juxta *secundam* expositionem virtus perfecta est, quæ contra *semivirtutem* tanquam imperfectam, ut *habitus* contra *dispositionem* distinguitur. In semivirtute enim propter affectuum renitentiam materia non satis est obsequens; obsequentior in virtute hoc sensu perfecta.

No. 7. Juxta *tertiam* expositionem virtus perfecta est *heroica*, imperfecta, quam humanam sive *communem* vocamus. Ad heroicam enim virtutem *DEUS* *extraordinariè*, ad communem *ordinariè* concurrat.

No. 8. Ex tribus his distinctionibus Aristoteles primam ut ignotam sibi, qui de fide salvificâ nihil haberet compertum, præterit, è secunda verò & tertia conflatis unam fecit trimembrem.

No. 9. Clara mens ejus est ex initialibus verbis Lib. VII. ubi expressè rerum circa mores fugiendarum, h. e. vitiorum, tria constituit genera: *vitiium* (commune) cui virtutem (communem); *incontinentiam*, cui continentiam, (semivicio scilicet semivirtutem); & *feriitatem*, cui virtutem heroicam opponit. Atque hæc rationem trimembrem fecit nos quoque sumus in Tabulâ: sed à semivirtute tamen, ut gradu infimo, incipiendum putavimus.

No. 10. Fatendum interim, si accurate loqui velimus, duas esse distinctiones, quæ quidem aptissime ad Christianam Philosophiam explicabuntur eo modo, quem n. 6. & 7. proposuimus. An idem per omnia voluerit Aristoteles, non curamus.

No. 11. Duci tamen potest una distinctio in alteram hoc modo: Virtus vel *humana* est vel *divina*. *Humana* vel habitus in suo genere *perfectus*, vel dispositio tantum seu habitus *imperfectus*.

ANNOT. CXX. ad lin. 9.

Aristoteles tamen in iis.)

No. 1. In virtutibus Veterum Cardinalibus *fortitudines* sunt morales particulares. *Temperantia* videlicet ac *Fortitudo*, Nam *Prudencia* non est moralis, sed intellectualis, *Justitia* verò non particularis, sed universalis per Annot. CXI. n. 2.

No. 2. Jam cum *Temperantia concupiscibilem* appetitum in appetendis *bonis*, *Fortitudo irascibilem* in fugiendis *malis* gubernet, (pro quibus intelligendis repete præter Annot. modò citatam, Annot. XX. n. 1. 3. & 4. & verò virtus moralis omnis occupetur aut in prosecutione *boni*, aut fuga *malis*: dubium non est, quin omnes species virtutis moralis his duabus cardinalibus debito modo extensis comprehendantur, *Temperantia* nimirum voluptatum, & *Fortitudine* in perferendis doloribus. Atque hoc voluit Epictetus quoque, cum omne officii genus complexus est hoc præcepto *ἀνεχθῆναι ἀπὸ πόνου* sustine (per fortitudinem) & *ἀβήσθαι* (per Temperantiam).

No. 3. Porro cum *continentia* & *tolerantia* sint illud ipsum in semivirtutibus, quod in virtutibus perfectis vocamus *Temperantiam* & *Fortitudinem*: sequitur omnes quoque semivirtutes *Continentiæ* & *Tolerantiæ* vocabulis posse comprehendî.

No. 4. Aristoteles tamen non applicuit hæc vocabula ad dispositiones *Justitiæ* & *hómileticarum virtutum*, sed reliquarum tantum septem, quæ maxime specificantur ab affectu, sicuti patet ex nostra delineatione; quam profitemur debere Jasoni Denores de constitutione Philosophiæ civilis p. 43. & 111. Ipsum autem Aristotelem vide in primis cap. 4. Lib. VII. Nicom.

No. 5. Et *hómileticas* quidem virtutes hic præteritisse videtur propter earum exilitatem, de qua Ann. LXVI. *Justitiam* verò propter varietatem affectuum, quorum alii ad concupiscibilem, alii ad irascibilem facultatem pertinent, ut intelliges ex Annot. CV. n. 1. Igitur in lin. 22. hujus Tab. diximus continentiam lueri posse quidem extendi ad semijustitiam, sed *certio tantum modo*, quatenus scilicet justitia moderatur cupiditatem lucri, non autem quatenus occupatur circa aliquem affectum, qui ad irascibilem appetitum pertinet.

ANNOT. CXXI. ad lin. 21.

Continentiæ &c.)

Quoniam Aristoteles Lib. VII. Nic. c. 4. semivirtutem, quæ circa *iram* occupatur, manifestè retulit non ad tolerantiam, quæ in doloribus, sed continentiam, quæ in voluptatibus & consequenter in appetitu *concupiscibili* cernitur: inde non malè concludit Jason Denores p. 55 de constitutioni Civil. philos. tram secundum Aristotelem in concupiscibili potius, quam irascibili facultate locandam esse. *Qua de re* plura Annot. XLIV. ANNOT.

ANNOT. CXXII. ad lin. 3. 24.

Infirmus; precipitans.

His duobus gradibus vicem Commentarii præbere possunt, quæ leguntur Tab. præced. * 5. & Tab. seq. No. 4. & 11.

ANNOT. CXXIII. ad lin. 10.

Virtus communis est habitus virtutis.

No. 1. Disputat. Aristoteles II. Nic. 5. virtutem esse *habitum*. Dubitant Philippus Melanchthon Tom. I. Oper. f. 379. & alibi, Giphanius item ad Nicom. p. 112. aliique, au rectè. Ratio dubitandi est, quia virtutes hominibus, præcipuè non renatis, valde *infirmè* insunt: habitus autem sunt qualitates perfectæ & *firmè* inhærentes.

No. 2. Sed Resp. 1. si Aristotelem II. Nic. exponamus de virtute quoad *essentiam* & idealiter consideratâ objectio hæc, quoniam virtutem quoad *existentiam* sumit, illi non contradicit. 2. Positò, virtutem ibi quoad existentiam sumi, tamen & sic accepta definiiri debet per habitum, & ita nos fecimus locò præsentè. Ratio, quia non mutantur definitiones cum in statu essentia ad existentiam res deducitur, sed commoda interpretatio est addenda. Hic ergo intellige habitum, qui sit qualitas perfecta, sc. *comparatè*, lin. 51. in contradistinctione ad *semivirtutem*, tanquam dispositionem. Experantur autem utiq; homines post diuturnam virtutis exercitationem, difficultatem paulatim minui, & eus in locum succedere facilitatem. qualemcunque, cum gaudio conjunctam, quod signum est comparati habitus, lin. 52. ex lib. II. Nic. c. 3. ab init. 3. Philippus ipse Lib. I. Dial. p. m. 24. Virtutem definit per habitum, & Tom. I. Oper. ead. pag. quâ supra propè finem, concedit, qualemcunque firmitatem in cogitatione & corde nominari habitum.

ANNOT. CXXIV. ad lin. 63.

Virtute communi tum perfectior.

No. 1. Per hoc innuitur, Heroicam virtutem à communi non *specie* differre, sed *gradu perfectionis*. Probatur ex mente Aristotelis: sic enim differt heroica virtus à communi, quemadmodum hæc à semivirtute; hoc autem discrimen graduale esse

omnes concedunt; ergò & illud. Probatur Major, quia eadem distinctione Aristoteles tria hæc omnia complectitur.

No. 2. Aberrant ergò à mente Philosophi, qui virtutem ejus *heroicam* interpretantur de *sanctitate pietate*, aut virtutibus *Theologicis*, sic enim specie differret. Plura diximus Disp. I I. de virtute Heroica. §. 19 seqq.


No. 3. Quod si gradu tantum differt quæres: an non graduale hoc discrimen exponi fortè possit è quatuor gradibus virtutum Platonicis, sic, ut *communes* sint, quas Platonicus *Politicas* vocant, *Heroice* verò *purgatorie*; consistunt autem ex mente Platonicorum politice quidem in *μετρωπαιδεια*, purgatorie verò in *ἀναδηα* vide Porphyrium part. II. septent. ab Holstenio editarum ab init. Verùm & hæc planè dissentiunt tum à mente Aristotelis, ut ostendo §. 28. seqq. Disp. II. de virtute Heroicæ, tum ab historia Heroum à quibus hæc virtus denominationem accepit, qui non memorantur fuisse *ἀναδηα*.

No. 4. Optima expositio, si dicamus, gradum illum estimari debere ab actionibus mirabilibus communem operandi sortem ita excedentibus, ut ab *extraordinario*, DEI concursu profectæ videantur, (vide quæ diximus Annot. CXIX. No. 7. quales fuerunt actiones secundum fortitudinem Heroicam in Alexandro M. Julio Cæsare, & similibus. Neque enim dubium est quin DEI extraordinariâ operâ habeant aliquid perfectionis ultra naturam communem. Sic (ut aliquâ similitudine à *Physicis* miraculis petitâ rem declaremus, modicos panes, quibus per miraculum saturata sunt tot hominum millia, elevavit DEUS ad facultatem pascendi perfectiorem, quam quæ communiter apprehenditur. Sunt autem herôes nihil aliud, quam miracula DEI *ethica*.

ANNOT. CXXV. ad lin. ult.

Duplex feritas.

Observetur hoc contra Ethicorum vulgus, qui disputant, *feritatem* heroice virtuti opponi in *excessu* tantum, alterum in *defectu* extremum summam *inhabilitatem* ad omnem virtutis impetum, vocantes. Contrarium demonstravimus §. 36. Disp. II. de virtute Heroicâ.



AD TAB. XXVIII. De Processu Actionum Moralium.

ANNOT. CXXVI. ad totam Tabulam.

No. 1.

Processum ipsum puto facilem esse ac perspicuum. Sed observa, quod & titulus indicat, accommodatum eum esse 1. ad statum *semi-*

virtutis aut *semivirtutis*, non virtutis aut vitii perfecti, 2. ad exemplum tale, in quo conjunctio hominis cum objecto, e. g. *apprehensio pecunia aliena*, ab appetitu *sensitivo* quidem *bona* judicatur, ob jucunditatem vel utilitatem, *rationali* verò *mala* ob turpi-

turpitudinem. Itaque si intra has restrictiones non maneat, mutanda quædam leviter fuerint in ipso processu.

No. 2. Et quidem, ut à posteriori incipiamus, si offeratur objectum cujus conjunctionem nobiscum appetitus quidem *sensitivus* molestam ac malam, rationalis verò honestam ac bonam judicet, quale quid v. g. est *vulnus ab hoste fortiter pugnando patiendum*, scribendum erit, ut sequitur:

Momentò 4. *qui fugit ut rem molestam*

6. *objectum esse malum, quia molestum: bonum, quia honestum.*

8. *qui dicit: fuge, quæ dicitur: appete.*

11. *Affectum mollitici, qui fugit bonum morale sub specie, mali molesti.*

12. & 16. *de mediis fugiendi.*


15. *Affectum tolerantia, qui appetit bonum morale non obstante, quod sit malum molestum.*

No. 3. Si verò delineatus sit processus in statu *virtutis perfecte*, momenta quædam planè fuerint omittenda, in quibusdam verò aliquid mutandum.

No. 4. Etenim in statu perfectæ virtutis, ubi præsupponitur, affectus appetitûs sensitivi esse domitos sub jugum rationis (quod tamen intelligitur cum *ἀπειρία*, quam Tab. præced. lin. 42. sq. audivimus) tollenta sunt momenta 3. 4. & 8. quia in hoc ipso consistit coercitio appetitûs sensitivi,

ut iste nec præcurrat actum intellectus & voluntatis, nec bellum seu pugnam moveat rationi. In momento 15. processus ita concipi debet: *ut affectum temperantia, puta cardinalis. (de qua annot. CXX. No. 2.) seu modum secundum, præmeditatum, mixtum ex voluntate & appetitu domito, qui appetit bonum morale, non obstante, quod sit malum molestum.*

No. 5. In statu autem *vitiis perfecti*, ubi præsupponitur & ipsam rationem esse corruptam, & voluntatis libertatem esse afflictissimam per lin. 48. Tab. X. locus est omnino momentò 3. & 4. Momentum autem 6. ita concipiatur: *judicat objectum esse bonum, quia jucundum sit pariter & honestum vel saltem non inhonestum.* In hoc enim consistit corruptio intellectus, quod actionibus verè turpibus honestatem tamen affingit, & contra turpitudinem honestis vel indifferentiam utriusque, per Tabul. XII. lin. 22. Sed quia tamen igniculi rectæ rationis non possunt planè extinguere, inde fit ut in hoc momento 6. ratio contradicat sensui, similiterque in momento 8. pugna quædam sensûs & rationis oritur. Sed neque semper hoc fieri judicandum est, (unde momentum 8. alicubi planè cessabit, & eo tamen eventu ut in momento 9. voluntas suâ libertate uti non possit, sed ab appetitu victu sensui se adjungat in momento 10. transeatque per momentum 11. in affectum intemperantiæ.



AD TAB. XXIV.

De Prudentia & cæteris virtutibus intellectualibus.

ANNOT. CXXVII. ad lin. 6.

Virtutes intellectuales sunt quinque.)

No. I.

Differunt virtutes intellectuales ex parte tum *subjecti* tum *objecti*.

No. 2. Ex parte *subjecti*: sunt enim priores tres species in intellectu *theorotico*, Posteriores duæ in *practico*, sicuti tenet sententia communis, quam sumus hic secuti.

No. 3. De *intelligentiâ* tamen dubites, annon poni debeat potius in intellectu *simpliciter* considerato cum præcisione theoretici & practici. Ratio, quia occupatur illa non modò circa theoretica, sed etiam præctica principia primæ, fatentibus Hornejo p. 559. Dürrio p. 163. Philosoph. moral. aliisque: Unde & lex, cujus dictamen utiq; practicum est, definitur *oratio à prudentiâ & intelligentiâ profecta* Tab. XXV. lin. 6.

No. 4. Ex parte *Objecti*. Circa *prima* enim *principia* versatur intelligentia, circa *principia*

habitus reliqui, ita ut *contemplabile nobilissimum*, quod unicum est DEUS, Sapiencia; *minus nobile*, h. e. creaturas, Scientia: similem in modum *agibile nobilissimum*, quod ipsum quoque unicum est, nempe bonum morale, Prudentia; *minus nobile*, h. e. artificialia bona, Ars sibi vendicet. Atque ex his licebit divisionis hujus sufficientiam quodammodo demonstrare.

No. 5. Per *Sapientiam* nihil aliud intelligitur, quam Theologia (est enim habitus theoreticus de DEO) quum Veteres etiam Metaphysicam appellarunt, ut alibi ostenditur. *Scientia* autem vocabulo tum Mathematicæ Disciplinæ veniunt, tum Physica. Per *Prudentiam* verò intellige habitum philosophiæ practicæ. *Artium* varietas nota est.

No. 6. Cæterum quoniam ex *objectis* habituum circa principia occupatorum unum nobilissimum est alterò, DEUS videlicet creaturis, bonum morale artificialibus: nobilitas hæc in ipsos etiam habitus, quippe qui ex objectis sua prætia fortiuntur, transit. Unde Sapiencia scientias, Prudentia artes nobilitate vincit. Est enim nobilissima the-

AD TABULAM XXIX.

theoreticarum *Sapientia* practicarum *Prudentia*. Unde in harum duarum exercitio sita est beatitudo, illinc practica, hinc theoretica per Tab. VI. Membr. I.

No. 7. Hinc porrò sequitur, Sapientiam & Prudentiam esse habitus *principales* (de principatu earum lege cap. 12. Lib. VI. Nic. scientias verò & artes *minus principales*, quas etiam *instrumentales* vocare possis; Habitus enim principalis (*minus principalis*) est, cujus exercitium propter se tantum (non propter se, sed propter aliud, expetitur. Quæ consentanea sunt illi, quod docuimus Tab. V. sub membro 4. Requisito Definiti 2. Quod autem Zabarella disputavit Lib. I. de Natur. Log. c. 11. omnes alios quinque habitus esse principales, curandum non est quia verum discrimen habitum principalium & instrumentalium ipse ignoravit.

No. 8 in specie quod ad *Sapientiam* attinet, eam *solum* ex theoreticis habitibus esse *principalem* satis aperte fatetur Aristoteles I. Metaph. 2. dum de ea inquit: *μόνη ἐλάττωται τῶν ὀπίσσω, μόνη γὰρ αὐτῆ αὐτῆς ἐνεκά τῆς*. Sequitur ergò, ceteras scientias non esse sui ipsarum gratiâ, quod sanè verum est. Tamen enim non ordinantur per se ad praxin, quam ob causam theoreticæ vocantur: tamen ordinantur ad contemplationem altiore, DEI nimirum, cum omnis creaturæ cognitio tendere debeat in meliorem cognitionem ipsius DEI. Vide Scherbium p. 5. Comment ad Piccartum c. 19. Isagog. p. 207.

No. 9. Quod autem ad *Prudentiam* attinet, certum est, quod ea ipsam attingat beatitudinem practicam. Id autem artes non faciunt. Sunt enim *ἕξεις πρακτικῆς* Lib. VI. Nic. c. 4. p. 241. Atqui *ἐνεκά τῆς πρακτικῆς καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀπλῆν, καὶ τὸ τέλος ἀπλῆς, ἀλλὰ τοῦ τ.* ibid. c. 2. p. 239. Prudentiæ igitur ut *principalis* famulantur artes.

No. 10. Ceterum quia pars beatitudinis theoretica, Præstantior est parte practica per Tab. VI. lin. 15. Hinc ipsa *Prudentia* quodammodo in servit *Sapientia*, & illius gratiâ imperat. Lib. VI. Nic. cap. ult. in fine Vid. & Lib. I. magn. moral. in fine.

No. 11. Denique cum finis ultimus non sit nisi unus, intermedii autem plures esse queant: inde est ut *Sapientia* sit *unica* tantum, scientiæ multæ: similiterque *Prudentia una*, artes multæ. Unde intelligis Sapientiam & Prudentiam esse *species infimas*, scientiam verò & artem intermedias. Possunt tamen in-

finæ illæ species dividi in partes sapientia quidem in naturalem & revelatam Tab. VI. lin. 31. Prudentia verò in legislatariam, consultatoriam & judicatoriam Membr. 5. hujus Tab.

ANNOT. CXXVIII. ad lin. 20.
Neque ex eo appellantur Viri Boni.)

Sic è contrario nec à defectu aut imperitia boni artificialis appellamus virum malum, sed tantum v. g. malum Musicum, malum Poetam: *κακὸν ἰατρὸν, κακὸν ὑποκρίτην, ὃν ἀπλῶς ἐσθ' αὖ εἶπε. ἐν κακῶν*, uti loquitur Philoophus Lib. VII. Nic. c. 4 p 283.

ANNOT. CXXIX. ad lin. 22.
Bono Moralibus abuti non possumus.)

Ratio, quia usus & abusus propriè est *mediorum*, quibus *uti* dicimur, cum ea in finem dubitum, *abuti*, cum in finem indebitum ordinamus. Fine enim propriè non *uti* dicimur, sed *frui*. E. quia bonum morale finem ipsum hominis ultimum complectitur, nec uti eo nec abuti propriè possumus.

ANNOT. CXXX. ad lin. 35.
In statu absolute perfecto.)

De quo Tab. XXVII. ad lin. 48.

ANNOT. CXXXI. ad lin. 49.
Si diversum.)


Finem *Oeconomica* diversum à fine Politicæ videntur illi statuisse, qui *divitiarum*, ei proposuerunt pro fine, quorum è sententiâ loquitur Aristoteles Lib. I. Nic. c. I. non longè ab init.

ANNOT. CXXXII. ad lin. 50.
Divisio in partes.)

De hac Divisione consulendus Aristoteles Lib. VI. Nicomach. c. 8.

ANNOT. CXXXIII. ad lin. 65.
Versutia prudentia opponitur contrarie.)

Philoponus ad Lib. I. Arithmetices Nicomachi Geraseni § 97. prudentiæ opponit *πικρολογία* ut excessum, *ἀπαιότης* ut defectum.



AD TAB. XXX.

De Voluptate.

ANNOT. CXXXIV. & Tabulam hanc & sequentem in genere.

No. 1.

Quæritur: quare in Ethicis agitur de voluptate & Amicitia? Respondet Jason Denores p. 30. de const. civ. phil. de Amicitia agi

agi tanquam de *instrumento*, de *voluptate* tanquam *comite* felicitatis, seu beatitudinis.

No. 2. Non planè reprehendo hanc responsionem, ac sequor potius de *voluptate*: sive enim comitem eam appelles beatitudinis, cum *Jasone*, sive adjunctum, uti nos fecimus in *Tabulâ Tabularum*, perinde est. Ad memoriam tamen commodius est, si *amicitiâ* quoque adjunctum summi Boni seu comitem voces, à voluptate autem distingvas tanquam *externum* bonum ab *interno* per *Tab. III. lin. 18. & 25.*

No. 3. Ubi simul hoc & memoriz inservit, & jucundam habet contemplationem, quod post *S. Bonum* in internis quidem voluptate, in externis verò *amicitiâ nullum* reperiatur *majus bonum*.

No. 4. Ac de *Amicitia* quidem vide *Tab. seqq. theor. 1. de Voluptate* verò adeò verum est hoc, ut sive *magnitudine* bonitatis quæ est in voluptate, sive *connexione ejus S. Bono* decepti quidam, (ut *Eudoxus*,) putarent *ipsam voluntatem esse S. Bonum* quam opinionem *Aristoteles* profert ac refellit. *Nic. Lib. X. cap. 2. & 3.* una cum alterâ, quæ statuebat *voluptatem ne quidem bonum esse*, sed malum. Inter has duas extremas sententias media quædam eaque vera locum habet, quæ voluptatem, bonum esse fatetur summum negat.

ANNOT. CXXXV. ad lin. 43.

Quæ oritur ex contemplatione.)

No. 1. *Subaudi verâ & Christianâ.* Quòd autem voluptas hæc sit maxima & nobilissima, probatur *r. ratione*, quam vide in *Textu*. Cui hanc adde, quod ipsius Dei Beatitudo in contemplatione sui consistit. 2. *Autoritate* eorum omnium, qui Beatitudinem æternam ponunt in visione, hoc est contemplatione Dei beatificâ. 3. *experientiâ* piorum hominum, qui in hac etiam vitâ interdum ineffabile gaudium, quasi gustum quendam æternæ vitæ, sentiunt in piis de Deo meditationibus.

No. 2. Nec obstat quòd non semper meditates de DEO sentimus voluptatem maximam. Id

enim est ex depravatione nostræ naturæ, adeoque ex defectu requisiti primi, *lin. 30.* hujus *Tab. similiem* in modum atque iis, qui nondum adepti sunt habitum eruditionis, studia tua solent esse non jucundissima.

No. 2. Cæterum qui tali experientiâ destituuntur, illis voluptatis hujus magnitudo non satis persvaderi potest, quia est ex earum genere, quas dolor non antecedit. Sic idiotæ non credunt tantam esse in literis voluptatem quia ipsi non sunt eam experti, nec tanguntur dolore ignorantiz suæ.

ANNOT. CXXXVI. ad lin. 46.

Nobisque adeo cum brutis communes.)

No. 1. Hac de re aliquid diximus annot. XVIII. no. 3. & annot. LXXXIV. no. 2.

No. 2. Voluptas, quæ ex visu & auditu, *per se* delectat, ut cum effigiem pulchram spectamus, aut svavem concentum audimus, homini propria est ideò, quia proportio partim in rebus pulchris, & sonorum in concentibus harmonicis intellectu percipiuntur. Unde & major est delectatio harum rerum penes eruditos pictorizque aut Musicæ peritos, quàm idiotas.

ANNOT. CXXXVII. ad lin. 50.

Dolor antecedit.)

No. 1. Distinctio *voluptatum* in eas, quarum primum experimentum dolor antecedit, & quarum non, haberi potest ex *Aristotele lib. VII. Nic. c. 12. & 14.* item ex *Platone L. IX. de Republ. f. m. 736. lit. E.*

No. 2. *Prioris* generis voluptates sunt corporeæ, & homini cum brutis communes; *posterioris* voluptates animi & homini propriæ, si non omnes, saltem quædam. Nam & primum scientiæ certè experimentum interdum non antegreditur dolor, interdum antegreditur ex cupiditate scientiæ ortus ad eum modum, quo ex fame & siti solet nasci certè generis dolor.



AD TAB. XXXI. De Amicitia.

ANNOT. CXXXVIII. ad lin. 5.

Qui amor est concupiscentia.)

No. 1.
PAssim obvia est distinctio inter amorem *concupiscentiæ & amicitie* seu (ut *Augustinus Niphus cap. 72. de amore p. 203. & alii* vocant) *benevolentie*: quemadmodum & *Catullus Epigrammate* quodam ad *Lesbiam* distingvit inter *amare & benevelle*, ubi vide *Muretum p. m. 228.*

No. 2. Sed hanc distinctionem video non ab omnibus eodem modo explicari, unde magna ejus est *ambiguitas*, quam hac occasione breviter exponemus. Sunt autem tres expositiones.

No. 3. *Prima* communissima est quam & nos sequimur, petiturque a fine. Amor enim *concupiscentiæ* tendit in bonum ipsius *amantis*, *amicitiæ* verò in bonum rei *amate*, tanquam ultimum finem.

No. 4. *Secunda* petitur ab objecto. Et sic amor *concupiscentiæ* est, quo appetimus *jucunda & utilia*;

AD TABULAM XXXI & XXXII

utilia; amicitie verò, quò honesta. Sic explicat Casmannus cap. VI. Pſycholog. Quæst. 2. p. 135.

No. 5. *Tertio* petitur à conditione quadam. Atq; sic amorem *concupiscentia* vocant, quem præcedit *alius* amor, *amicitia*, quem *nullus*. Hæc est Occami & Bielis apud stahlinm part. I. Reg. Disput. VIII. Reg. V. no. 3. p. 231. de qua aliquid monuimus in Dilucidat. Stahlian. ad eam Reg. no. 13.

No. 6. *Primo* expositio *commodissima* est, & secundum hanc optimè ostendi potest; quemadmodum in homine amor amicitia melior sit atque perfectior amore concupiscentia. Oritur enim ex cupiditate boni sui effundendi ad alios quoque, cum amor concupiscentia oriatur ex cupiditate boni alieni trahendi ad se, quorum illud *Φιλαντίας* rectæ est, hoc corruptæ.

ANNOT. CXXXIX. ad lin. 32.

A subiecto seu personis.)

Ad has duas Divisiones melius intelligendas multa conducunt, quæ differuimus Annot. CXIV.

ANNOT. CXL. ad lin. 47.

Natura inclinatur ad utrumque amicitia genus.)



AD TAB. XXXII.

De Politicæ Natura & Constitutione.

ANNOT. CXLIV. generalis.

Multa hujus Tabulæ declarationem capiunt à Tab. I. & Annotationibus ad eam.

ANNOT. CXLV. ad lin. 6.

Post habitum perfectum.)

No. 1. Perfectionem Metaphysici faciunt duplicem, unam *graduum*, alteram *partium*. Secundum hæc igitur perfectio quoque habitus Politici duplex constitui potest *graduum et partium*.

No. 2. *Graduum* perfectione perfectus ille est habitus politicus, quem sibi quis comparavit nec solâ doctrinâ, nec solâ experientia, sed utrisque junctis.

No. 3. Quanquam enim certo modo perfectio hæc videatur posse *partium* quoque appellari, puta si quis Politicum habitum notitiâ debitâ certorum tum universalium, quæ doctrinâ, tum singularium, quæ experientia comparantur, tanquam partibus quibusdam dicat conflari: tamen sic accuratius rem intueare, magis est, ut ista perfectio *graduum* dicatur.

No. 4. Etenim veræ partes hujus habitus non sunt illæ duæ, sed tres, de quibus paulò post. Sic Grammatici habitus partes sunt non notitia universalium, & singularium, sed notitia orthographica, prosodica, etymologica & syntactica. Et similiter de aliis habitibus practicis.

Vide Tab. XXXIII. membr. 5. & Tab. XXXIX. Memb. 4.

ANNOT. CXXLI. ad lin. 49.

Domestica natura, civiles ratione.)

Recipiunt enim *domestica* societates formam, h. e. ordinem personarum à naturâ, *civiles* autem à voluntata hominis, & consequenter à ratione. Itaque & ordo personarum in *domo* secundum statum naturæ non nisi *uniformis* est, cum omnis domus gubernetur monarchice; at in *civitate* tres formæ locum habere possunt, Monarchia, Aristocratia, Democratia. Natura enim sibi similis est semper non item voluntas.

ANNOT. CXXII. ad lin. 52.

Quo per naturalem Φιλαντίας.)

De *Φιλαντίας* legatur Disputatio à nobis habita Anno 1661.

ANNOT. CXXIII. ad lin. 66.

Quæ quidem ab equalibus.)

Resume Annotat. XCIII.

No. 5. Divisio habituum in *partes* desumenda e. ab objecto Jam in Objecto Politicæ realiter distincta non sunt universalia & singularia sequor doctrinam Nominalium ut verissimam E nec habitum possunt distingveré in partes integrales, quales sc. hic intelliguntur. quæ urique debent esse realiter distinctæ. E. contrario realiter distinguntur Legislatio. Deliberatio, Judicium; itaque non repugnat ab his desumi partitionem politici habitus.

No. 6. Accedit, quod nec sola universalia doctrinæ, nec sola singularia experientia debemus, (licet non negetur, majores in universalibus profectus facere non posse per doctrinam, & in singularibus per experientiam.) Possunt enim singularia utcumque hauriri ex Libris etiam, puta historicorum, Geographorum ex Itinerariis & novellis, Experientia verò dum multorum singularium notitiâ, suppeditat; hoc ipso nos quasi ultro ducit ad conclusionem universalem, inductionis cujusdam beneficiò eliciendam.

No. 7. Atque hinc fit, ut nec nullam habeant singularium notitiam, qui solâ doctrinâ, nec nullam universalium, qui solâ experientia nituntur. Verum non tam perfecta ea est, quam in iis, qui utrumque medium conjunxerunt, h. est. non tam expedita, solida, demonstrativa. Unde intelliges merito perfectionem illam fuisse à nobis appellatam *graduum*.

No. 8. De *partium* perfectione res facilis est. Quoniam enim haud dubie partes Prudentiæ politicæ sunt illæ tres, de quibus Tab. xix. Membr. 5. Legislatura videlicet, consultatoria, & iudicatoria: sequitur, qui in omnibus illis virum præstare se potest, eum perfectione partium gaudere qui non in omnibus, sed in unâ tantum vel duabus. hoc ipso imperfectum possidere habitum.

ANNOT. CXLVI ad lin. 12. & 13.

Secundum doctrinam Machiavellistarum & Monarchomachorum.

No. 1. Dux sunt extremæ sectæ fugiendæ in Politicis, una *Machiavellistarum*, altera *Monarchomachorum*.

No. 2. *Machiavellistæ* nomen adepti sunt à Nic. Machiavello, qui habetur vulgò pro doctrinæ pestilentis non autore quidem, primo (diu enim ante ipsum suos ea Magistros habuit) sed instauratore præcipuo. Jure an injuriâ, ad historiam perteret, quam hîc, perinde ut lin. 25. hujus Tab. non exsequor.

No. 3. *Monarchomachi* verò nomen ab ipsâ doctrinâ suâ sunt sortiti, quæ præcipue exitium impatur Monarchiis. Atque horum agmina in primis eruperunt superiori seculo, post truculentas illas nuptias Parisienses Anni 1572. cum carolus IX. Rex Galliarum Machiavellicis consiliis seductus facinore se ad ævum omne infami pollisset.

No. 4. *Primum principium Machiavellismi* est, finem ultimum Reipubl. esse debere non beatitudinem eam, quam ex virtutum exercitiis metimur, sed imperantium potentiam & commodum privatum, quantum esse potest, maximum Breviter; non honestum, sed utile. Unde ad hunc finem perfas & nefas, nullo discrimine, contendere docent. Et quoniam hunc scopum sibi jam tum suo tempore quasdam Respublicas præfixisse observavit Aristoteles, patet, inventum hoc non esse novum. Imò quidam a Nimrodo usque deducunt. Atq; Aristotelis quidem verba sunt L. VII. Polit. c. 2. p. 43. Edit. Conringian. *πῶς εἶναι δὲ καὶ τῆς πολιτείας ἕτερον ὄρον τῶν νόμων, ὅπως δὲ ἀρῶσαι τὴν πύλας.*

No. 5. *Monarchomachia* verò *principium ultimum* est ubique & sine exceptione summam potestatem esse populi, ita ut ei reges, quoties imperio suo male utuntur, & coercere, & punire liceat: quibus ipsis verbis hæc in re utitur Grotius

Lib. I. de jur. bell. c. 3. no. 8. ubi, hoc principium rectè convellit.

No. 6. Atque hæc quasi commentarii vicem esse possunt ultimis verbis Tab. XLII. ubi dixi, *Machiavellistæ* sic disputare, quasi omnes Resp. debeant esse *aberrantes: Monarchomachos*, quasi omnes *populares*. Unde quidem patet, quòd in his ipsis principiis hæc duæ sectæ nondum sibi è diametro contradicant. Nec enim Resp. aberrantes popularibus, sed rectis; nec populares aberrantibus, sed Monarchiis & Aristocratiis opponuntur. Contradicunt sibi nihilominus in consequ. & effectis.

No. 7. Etenim Machiavellistæ consiliis suis eò tandem deducunt Reges, ut putent, sibi in subditos licere omnia, dummodo inde potentiam confirmant suam aut commodum procurent. Vicissim præcepta Monarchomachorum licentiam dant populo, etiamsi sit Regi alicui subiectus, Regem vocandi ad tribunal, & si minus rectè videatur imperio præfuisse, capite puniendi. Itaq; sectarum discrimina libenter sic enunciare soleo: *Machiavellistæ faciunt è Regibus Tyrannos: Monarchomachi è subditis Reges.* Illi ex subditis mancipia Regum: hi ex Regibus faciunt mancipia subditorum.

No. 8. Verum cum in utroque jus enormiter violetur, ambæ sectæ cane pejus & angve fugiendæ, & in primis earum principia elidenda sunt. Contra Machiavelli principium faciet Tab. xxxix. Membr. 5. contra Monarchomachorum Tab. XLVIII. Membrum 8.

No. 9. Caveant ergò civilis prudentiæ studiosi Politica Systemata *Johannis Altonsi & Philippi Harbonii*, & similia, nisi venenum & Monarchomachicum imbibere velint Eandem hæresin non occultè sapiunt *Institutiones Politicæ Boethornii*, quod in sua editione Lectorem monuit conjunctissimus Collega. Franckensteinus. E contrario *Thome Hobbesii* elementa Philosophica de cive squis Machiavellicum Systema Politicæ vocare velit, non valde repugnem. Certè talia ponit suæ doctrinæ fundamenta, è quibus ultro sequatur non Machiavellismus modo, sed Atheismus. Quare & cautè legendi sunt illi, qui Hobbesiana principia sua sapiunt alicubi in sapientiâ Civili.

No. 10. Suspectum *Aristotelem* faciunt quidam sectæ Monarchomachorum, sed injuria. Multa quidem leguntur apud illum in favorem Democratiarum, ut erant ejus tempore populares ferè Resp. ut omittam pervidisse illum, in statu naturali optimam Rerumpublicarum esse popularem, vid. Tab. XLII. lin. 39. Verum nullibi affirmat, in quavis Republica summam potestatem esse populi: quin potius tria Rerump. genera passim ita, ut oportet distinguit. Interim non nego, ut Machiavellistæ habent, quo abuti possint è Lib. V. Pol. c. II. sic & à Monarchomachis textus ejus quosdam pertrahi posse in sententiam suam. Et ita fecit jam Ludovici Bavari tempore *Martini Patavinus* in Defensore

AD TABULAM XXXII. & XXXIII.

pacis. Unde & hanc sectam intelligi non demum cepisse post Parisienses nuptias.

ANNOT. CXLVII. ad lin. 22.

Alio adhuc sensu.)

Locum Aristotelis vide Lib. I. Polit. c. 1.

ANNOT. CXLVIII. ad lin. 53.

Due Confusiones.)

No. 1. Duæ sunt confusiones, de quibus hic est sermo. Prior confundit universalem Politicam cum particulari, id est iterum bifariam; aut enim cum particulari juris Romani privati, quâ confusione nihil frequentius occurrit apud Libenthali-um in Collegio Politico: aut cum particulari juris publici, aut apud Schönbornerum & Daniel, Ottonem. Quorum ille ex professo scribens Politica, jus publicum admiscuit: hic ex professo Scriptor juris publici admiscuit Politicam Universalem. Hoc dum fideliter in usum discipulorum moneo: nolo Viris illis cætera doctis suam in hoc literarum genere laudem adeptam.

No. 2. Altera confundit partem theoreticam cum practica. Et hæc confusio tam frequens est, ut vix reperiatur, qui eam animadvertat, nedum evitare conetur.

No. 3. Animadvertit tamen Dn. Coring. cujus verba § 3. protulit, quæ legi possunt c. 4. Introduct. in polit. Arist. p. m. 594.

No. 4. Ita recte quoque priorem confusionem in Daniele Ottone castigavit Limmæus p. I. not. ad Jus ejus publ. cum his verbis: *in præfatione promittit*

se specialia de jure publico allaturus; Et tamen ubique quæstiones Politicas generales intermiscet, confusione non admodum probanda.

ANNOT. CXLIX. ad lin. 57.

Sub Politica comprehendendo.)

Habitus Oeconomices aut artem notat rem familiarem comparandi, administrandi, conservandi, augendi; aut prudentiam, qua Paterfamilias personas domesticas sibi subjectas recte gubernat ad beatitudinem. Priore modo aut artes referendus est, posteriori ad Politicam reducendus eodem modo, quæ hic descripsi. Conf. Tab. xxix. memb. 4. * 2.

ANNOT. CL. ad lin. 62.

Sunt Veri, Hermannii Coringii.)

No. 1. Verba ejus sunt c. 4. Introduct. p. 597. *Non verum est, quod multis scribunt, civitatem esse materie instar, cui Respublica sit pro anima. Civitas enim significat totum quid, si ut animal significat integrum substantiam animatam.*

No. 2. Accedit ratio certissima. Civitas enim definitur per societatem tanquam per genus, & quidem eo sensu, quo vox societatis capitur in definitionibus minorum quoque societatum, quæ sunt conjugalis, herilis, paterna, domus, vicus. In his omnibus societas notat non solam materiam, sed totum compositum ex personis certis tanquam materiâ, & certo earum inter se ordine tanquam formâ. E necesse est eadem sit ratio civitatis quoque.



AD TAB. XXXIII.

De Societate humana naturali in genere.

ANNOT. CLI. ad lin. 3.

Oppositum dissidium.)

N. 1.

Cicero societati distractionem opponit his verbis: *nulla nobis cum Tyrannis societas est, sed potius summa distractio*, III. Offic. pag. 58. Nobis tamen vox dissidii tanquam in vulgus usitatio placuit.

No. 2. Potuissimus etiam bellum vocare. Solemus enim quodlibet dissidium etiam privatum, ut quod conjugibus inter se aut domino cum servis aut servis filiisve inter ipsos, aut alias membris ejusdem societatis intercedit, bellum appellare. Imò Grotius quoque vocem belli ad privatum extendit lib. I. de J. B. cap. I. n. 2, suas quasdam rationes securus.

No. 3. Veruntamen, quia Bellum propriâ sui significatione publica tantum dissidia civitatum, sive intestina, sive externa notat malum bellum habere pro specie dissidii, quam Synonymo, vid. * 2.

No. 4. Notabis interim, sive pro Synonymo dissidii, sive pro specie quis capiat, bellum, accipi eam vocem sic debere ut statum notet (nam & dissidium per statum definitur) non verò Actionem. Quam ambiguitatem alias notavit & Grot. dicto loco.

ANNOT. CLII. ad lin. 14.

Causa efficiens natura humana.)

No. 1. Pro subiecto operationis seu objecto Politica habet civitatem. Hanc autem esse societatem ab ipsa natura institutam plurimum refert. Si enim

nam inquit Dn. Felden *Analyf. Polit. Aristot. p. 8.* societas civilis non esset à natura, sed à placito & instituto hominum dependeret, tum nullam haberemus circa civitatem scientiam, quæppè omnis scientia, versatur circa objectum naturale: Ibi enim objectum naturale non est, ibi nec naturalia & certa principia se offerunt. Ibi vero hæc desunt, ibi omnis scientia deficit.

No. 2. Civilem autem societatem esse naturalem, probat Philosophus ex eo, quia & minores societales sunt naturales: *πῶτα πολις*, inquit *ὄψεις ἰσὺν ἕκαστος καὶ αἰ πρῶτα κοινωνία*, Lib. I. *Polit. c. 2. p. 12.* cumque, ut dictum est, hæc in re multum situm sit momenti, ideò magnam Lib. I. Portionem absumit in probandâ societatem variarum naturalitate.

ANNOT. CLIII. ad lin. 23.

Status duplex.)

No. 1. Nescio an in totâ Philosophiâ Practicâ ulla sit majoris momenti distinctio, quàm hæc inter *statum naturalem & legalem*. Itaque nobis ea debet esse in primis commendata.

No. 2. Status *naturalis* sequitur naturam hominis, quanta cogitari potest perfectissima, labis omnis atque vitii tum moralis, tum physici expertus. *Legalis* verò æstimatur juxta naturam hominis & physicè & moraliter corruptam. Possis igitur dicere, statum naturalem accommodatum esse homini ante lapsum, legalem verò post lapsum considerato.

No. 3. Tametsi autem nec integritas hominis, nec lapsus factus fuit cognitus gentilibus: patefecimus tamen * I. distinctionem hanc statuum ipsam Aristoteli non fuisse ignotam.

No. 4. Aque hûc eum ducere potuit sana ratio. Cùm enim quævis iheoria, si quidem certam illam esse velis, fundata esse debeat super aliquo quod reliquorum respectu sit mensura; mensuram verò oporteat esse primum. quiddam atque invariabile; necesse est theoria imperfectionem illam instabilitatis plenissimam, quæ se in rebus humanis offert, reliquat & ideam concipiat hominis, quantum potest, perfectissimi.

No. 5. Dices; has speculationes profus esse vanas atque inutiles, cùm ad hanc ideam perfectionem nunquam ulla possit pertingere societas. Sed *Resp.* Satis esse, quod ex tali idea æstimare possimus gradus perfectionem in rebus extra mentem existentibus. Prout enim quidque magis minusve ad illam ideam accedit, eò magis perfectum aut imperfectum esse censendum est. Ita Cicero quoque perfectum Oratorem animò non inutiliter cogitavit, tametsi nullam talem demonstrare digito posset. Sic medicus quoque perfectam sanitatem mente complectitur.

No. 6. Neque verò status ille idealis eum in finem affertur in Politicis, ut quasi per carnificinam quandam ipsum introducatur in societales huma-

nas, quod impossibile est: sed ut ratione cuiusque societatis habitâ illam, quantum per imbecillitatem humanam fieri potest, conformemus ad qualemcunque ideæ similitudinem.

No. 7. Itaque boni Politici est, altero oculo statum naturalem, altero vires subjecti præsentis intueri, ut pro diversâ subjecti dispositione, aut, ut ita loquar, patientiâ rigorem illum speculationum temperet.

No. 8. Atque ex his intelligis quodammodo, cur. 30. lin. statum naturalem intellectui & *essentia*, legalem sensui & *existentia* accommodatum dixerim. *Essentia* enim rerum invariabiles sunt & in maximâ perfectione concipiuntur: at *existentia* variis corruptionibus obnoxia. Conf. etiam, quæ Annot. XIV. no. 6. seqq. dicta sunt.

No. 9. Cæterum quanta sit distinctionis hujus in solvendis quoque Controversiis maximè agitatæ utilitas, docere possunt exempla longe plurima, è quibus in ipsis Tab. quædam se offerent, Vid Tab. xxv. * 2. Tab. xlii. theor. 1. 2, 3, 4. Tab. li. memb. 4. * 2.

ANNOT. CLIV. ad lin. 40.

Juris etiam cujusdam autoritate.)

No. 1. Libet etiam hoc *exemplis* quibusdam confirmare.

No. 2. *Primum* esto de *Usucapione* seu *Prescriptione*, ut vocant, quæ jus aliquod parit à Legali potius, quàm naturali statu priundum Tametsi enim diuturnitas possessiones ex injusto dominio justum facere non potest: tamen ut obex ponatur litibus alias in infinitum facile processuris, placuit præscriptioni vim juris indulgere. Confer Grotium Lib. II. de jur. bell. c. 4. no. 1.

No. 3. *Aterum* de *pluralitate votorum*. Natura cupit ponderari potius vota, quàm numerari. Sed quia lites pinc perpetuæ metuendæ sunt, placuit in suffragiis numeri potius & quantitatis, quàm qualitatis haberi rationem. Causa est, quia quantitas quasi palpari potest eoque materiam litigandi subtrahit; qualitas verò ob hoc ipsum, quia intellectu magis, quàm sensu deprehenditur, litigiosis hominibus ansam præbet altercandi.

No. 4. *Tertium* de *Primogeniis*. Natura succedere vult in imperiis eum potius, qui sit maximè idoneus, quàm qui primus maternorum viscerum claustra ruperit. Status tamen legalis primogenito defert successionem, tanquam controversiis ita minus expositam.

ANNOT. CLV. ad lin. 45.

Nisi expresse restringantur ad legalem.)

Tab. xlii. lin. 28. dicetur, legalem statum à formis Rerum publicarum aberrantibus representari. Cùm ergò formæ illæ aberrantes definiuntur

AD TABULAM XXXIII.

47

untur, meminerimus definiri Rempubicam non statim naturalis, sed legalis.

ANNOT. CLVI. ad lin. 52.
Vocantur simplices.)

Sic in Physicis elementa vocantur corpora simplicia, non quod respuant compositionem quamvis, componuntur enim ex materia & forma, ex partibus item integranibus, sed quia non componuntur ut mixta ex elementis.

ANNOT. CLVII. ad lin. 56.
Societatum maxima, non absolute.)

No. 1. Civitas. h. e. societas civilis perfecta, potest unâ urbe, potest etiam pluribus contineri, ut dicemus ad Tab. XXXIX. memb. 2. Certum est autem in orbe terrarum satis multas esse civitates & Respubl.

No. 2. Jam duz pluresve civitates aut fœdere sibi copulatæ sunt aut non sunt. Si prius, nascitur societas quædam, quam possumus vocare *confederationem Rerumpublicarum*. Si posterius, nihilominus inter diversarum Rerumpublicarum, cives societas illa est quam vocare solemus *generis humani* vel totius orbis terrarum. Postulat enim illa inter se omnium hominum per primum parentem cognatio ut homo homini amicum se præbeat. Atque hæc iussio, quæ legis ipsius naturalis est, nullius religionis præceptis magis adjuvatur, quam Christianæ, ut quæ inimicos etiam diligere jubet. Interim etiam jure gentium societatis hujus vis spectatur in bellis quoque, nec in illis definit. Vid. Grot. Lib. III. pe Jur. bell. c. 9. no. 1. & 2.

No. 3. Planum autem est utramque societatem, tam confederationis illam, quam hanc orbis terrarum, esse majorem civitate. E. Civitas non est maxima societatum absolute.

No. 4. Quæres: cur autem in politicis non progredimur usque ad absolute maximam societatem? Resp. quia societates illæ reliquæ, tametsi sunt civitate majores, sunt tamen eâ minus perfectæ, ut intelligitur è Tab. XXXIX. Membr. 3. In statu autem naturali satis est progredi usque ad perfectissimum.

No. 5. Illud hic insuper annotari potest; fuisse qui in his societatum gradibus à civitate statim ad orbem terrarum profiliarent, omiſſa confederatione, sicuti iidem pagum omittunt, fuisse vicissim, qui ultra orbem terrarum ascenderent.

No. 6. De prioribus Augustinus lib. XIX. de C. D. c. 7. ab initio: *post civitatem, inquit, vel urbem sequitur orbis terra, in quo tertium gradum ponunt societatis humana, incipientes à domo, atque inde ad urbem, deinde ad orbem terra progrediendo venientes.*

No. 7. Ex posterioribus autem fuit Varro, qui ultra orbem progrediens quartò loco nominabat

*Mundum, qui censetur nomine cæli & terræ in eorū societatem cogitabat Deorum & hominum, ut intelligitur ex eodem Augustino libri dicti c. 3. Hinc Ciceroni quoque alicubi *Mundus est civitas communis hominum & Deorum*. Sic Stoicis *κοσμος* est *πόλις ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεσθῆσα*. ap. Euseb. lib. XV. Verum ista societas ad vitam cælestem potius, quam civilem spectat. Vid. Tab. 6. lin. 33.*

ANNOT. CLVIII. ad lin. 26.
Hobbesiana de civis Philosophia.)

No. 1. Hobbesii verba præfat. ad Lect. Element. de civis ** 4. hæc sunt: *immoto, quod feci, fundamento ostendo primò conditionem hominum extra societatem civilem, quam conditionem appellare liceat statum naturæ, aliam non esse, quam bellum omnium contra omnes, atq; in eo bello jus esse omnibus in omnia.*

No. 2. Hic falsum est, conditionem hominum extra societatem civilem esse statum naturæ. Status enim naturæ est perfectissima hominis conditio extra verò societatem civilem imperfectè vivitur.

No. 3. Falsum est quoque conditionem hominum extra societatem civilem esse bellum omnium contra omnes: homo enim homini naturaliter est amicus, non inimicus.

No. 4. Falsum denique est, in eo bello jus esse omnibus in omnia. Si enim verum esset, non aliam ob causam verum esset, quam quia bellum tale ex parte omnium belligerantium justum esset, neque id non vult Hobbesius. Atqui impossibile est, bellum duorum inter se, nedum omnium inter omnes, justum esse ex parte omnium belligerantium.

No. 5. Dicit aliquis fortè: tamen esse hominem homini naturaliter quoque inimicum ex pravitate naturæ & *φιλανθία* corrupta: in bello item juris gentium esse, ut hosti in hostem liceant omnia. Resp. Falsissimum est, quod putat Hobbesius talem conditionem humani generis, qualem ita descripsit, esse statui naturæ consentaneam. Status enim naturæ sequitur naturæ perfectionem & virtutem: quod autem homo homini inimicus est, quod in bello in hostem omnia licent ex utraque parte, id non est ex perfectione naturæ sed ex imperfectione & corruptione. E. ad statum aberrantem referenda hæc erunt potius, nisi per statum naturæ intelligere velit Hobbesius statum naturæ corruptæ.

No. 6. Verum hæc quidem mens ipsius esse non videtur, quum ita passim disputet, ut illam infinitam licentiam rectæ rationi consentaneam statuat, & justam non extrinsecâ tantum justitiâ, quæ solam impunitatem in humano judicio dicit, sed etiam intrinsecâ. Quæ quidem in re impia ejus & planè execranda est sententia.

No. 7.

No. 7. Ponamus tamen status naturæ vocabulo intelligere ipsum velle statum naturæ corruptæ, ne sic quidem elabi poterit. Pessimè enim civilem scientiam docet, qui talem statum naturæ reverà maximè (five hoc fateatur Hobbesius five

neget) aberrantem; supponit pro fundamento. Atque hoc est, quod dixi, *περὶ τὸν ψεύδῃ* Hobbesii videri, quòd naturalis status mensuram acceperit à legali, h. e. mensuram recti ab aberrante.

AD TAB. XXXIV. De Societate Nuptiali.

ANNOT. CLIX. ad lin. 13.

Est enim natura audacior.)

In hanc sententiam, quod virum audacia, foeminam timiditas naturalis officio suo apriorem

taciat, duo habentur egregii loci: alter Xenophonis in Oeconomicis, quem à Cicerone latine redditum exhibet Columella præf. Lib. XII. de re rust. alter Aristotelis Lib. I. Oeconom. Cap. 3.

AD TAB. XXXV. De Societate Herili.

ANNOT. CLX. ad lin. 25.

Σωτηριαν vocat. I. Polit. I)

No. 1.

Distingvit ibi Philosophus societatem conjugalem ab herili à finibus, & ait p. 9. marem foeminamque naturaliter combinari *τῆς γενέσεως ἕνεκεν*; Dominum autem & servum *ἄλλ' τὴν σωτηρίαν*.

No. 2. Quòd hic *σωτηρία* significet, ut sumus interpretati, res ad vitam necessarias, patet ex loco quadantenus parallelo lib. VIII. Nicom. c. 12. p. 352. ubi sic legimus: *οἱ δ' ἀνθρώποι εἰ μὴ τὸν τῆς πεντοπίεως χάριν συννοήσονται* hoc in Politicis dixerat *τῆς γενέσεως ἕνεκεν* ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον (hoc in Politicis est *ἄλλ' τὴν σωτηρίαν*.)

No. 3. Nec malè Golius Lib. I. Epit. Doctr. Polit. c. 1. p. 10. τὸ διὰ τὴν σωτηρίαν sic circumloquitur: *ἕνεκα τῆς κτήσεως τῆς πρὸς τὸ εἶναι καὶ οἰκονομίαν ἀναγκάσιον*. In eo tamen fallitur, quod ait, tres societates in illo Politicorum loco distingvi, & illud *ἕνεκα τῆς γενέσεως* ad paternam quoque societatem trahit, cui tamen *γένεσις* non est pro fine, sed pro primo momento ingressionis, finis autem ejus est educatio.

No. 4. Ceterum illa vox *τῆς σωτηρίας* eodem sensu occurrit quoque lib. V. Nic. c. 2. p. 194. ubi iustitia particularis dicit, versari *περὶ τιμὴν ἢ χρημᾶτα, ἢ σωτηρίαν*. Ubi Giphanius pag. 345. sic commentatur: *vocat σωτηρίαν omnia ad vitam tuendam necessaria: qua hujus verbi notio, inquit, ut rarior, observatu est dignissima.* Vid. & Dn. D. Dürr, Disp. IX, Eth. 6, p. 132.

ANNOT. CLXI. ad lin. 34.

Querit Dominus utilitatem suam.)

No. 1. Subaudi *primario*: *secundario* enim servi quoque commodis prospicit. Et hæc causa est, cur herili societati similia sint omnia Despotica imperia. Nam & in illis imperantes *primario* suam *secundario* subditorum salutem curant, Tab. XLVII, lin. 52.

No. 2. Sequitur hinc porro, servos à Domino non diligi amore *amicitiæ* sed *concupiscentiæ*, & per consequens, *amicitiam* perfectam Domino cum servis non intercedere, per Tab. XXXI. lin. 11. seqq. Sed limita, *quatenus sunt servi*. Quatenus enim sunt homines, utique verà *amicitiã* & potest & debet Dominus complecti servum.

No. 3. Atque hoc voluit Aristoteles lib. VIII. Nic. c. 11. p. 348. dicens: *ἢ μὲν ἐν δούλῳ, ἢ ἐν εἰς φίλῳ πρὸς αὐτὸν, ἢ ἀνθρώπῳ*. Ubi vides apertè distingvi inter servum ut *servum* & ut *hominem*.

No. 4. Atque hæc distinctione videmur etiam occurrere posse objectioni, quam quis moveat ex verbis Augustini Lib. XIX. de C. D. c. 14. fine. *In domo justis, viventis ex fide, & adhuc ab illa cælesti civitate peregrinantis, etiam qui imperant, servant eis, quibus videntur imperare, Neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi; nec principandi superbiã, sed providendi misericordiã*. Servunt enim, inquam, non ut servis, sed ut hominibus.

No. 5. Regeres ex Cap. seq. Augustini: *Non enim istud (servi) culpa meruit, non natura: quibus*

quibus inuitur in statu naturali, qualem hic consideramus, non dari servitutem; unde & per consequens malè distingvi putes hoc in statu inter hominem quatenus homo & quatenus servus. Sed Resp. videtur quidem Augustinus servitutem naturalem negare, sed non negat. Eodem enim modo conciliari potest sententia ejus cum Aristotelica, ut Jctorum, de quibus. Annot. CLXIII.

ANNOT. CLXII ad lin. 41.

Nulla societas domestica, &c.

No. 1. Duo hic expedienda, 1. quod, 2. cur societas naturalis hoc in genere maximam passam sit à statu naturæ aberrationem.

No. 2. *Primo* illud intelligitur è mensuris, quæ personas in quamlibet societatem conjungendas juxta statum naturæ metiri debent. Hæc mensura in conjugali societate est disparitas sexuum; in herili disparitas ingenii herilis & servilis; in paternâ derivatio immediata sanguinis ex sanvine.

No. 3. Ubi obiter observa pulchram comparisonem Domini cum Marito, servi cum uxore. Quantum enim discrimen est ex parte corporis inter sexum maris & fœminæ: tantum ex parte animi inter ingenium herile & servile. Mas ex se, fœmina ex mare gignit: ita Dominus naturalis ex ingenio suo, servus naturalis ex ingenio dñi, opus quasi gignit suum. Quare & mas ac Dominus habent se active, fœmina & servus quodammodo passive.

No. 4. Jam certum est, in praxi statûs legalis mensuram dictam in conjugio semper, in societate paternâ fœpissime (nam adoptiones raro fiunt,) usurpari. At verò Dominia servitutesque planè non mensurantur ex ingenio herili aut servili, sed ex divitiis aut paupertate, item ex eo, quòd in bello alter cepit alter captus, vel à captore, venditus, aut è servo natus est, vel è similibus mensuris. Atque sic patet omninò, societatem herilem in statu legali vehementer aberrare à præscripto naturæ.

No. 5. Videamus nunc hujus rei, quòd erat alterum, etiam causam. Ea verò est evitatio litigiorum tum circa ingenia, tum circa dominia.

No. 6. Circa ingenia. Non enim ut sexus, ut partus, ita ingenium quoque herile vel servile deprehendi sensibus potest. Eam ob causam gravissimæ lites possunt oriri, unoquoque herile ingenium sibi, servile alteri, cui dominari cuperet, vindicaturò. Necessè ergo fuit, huic mensuræ etiam substitui, quæ magis sub sensum cadens immunior esset à controversiis. Ac tale quid sunt divitiæ, item victoria bellica.

No. 7. Hic ipsa quoque natura flecti se quodammodo passa est. Vivere enim alieno impe-

rio aut suo, in quo servus herique discrimen ponitur, humani res arbitrii est, non perinde mare agere aut fœminam, in quo conjuges discernuntur.

No. 8. Circa dominia verò lites metuendas fuisse, nisi naturalis mensura abjiciatur, in praxi legali societatis herilis, sic declaro. Fingo conjungi in societate herili Dominum & servum, quales ipsa optet natura. Sed Domino nascatur filius ingenio servili, servo herili. Si igitur mensura naturalis hic maneat, sequetur, ut patribus mortuis filius Domini serviat filio servi, consequenterque rem patris illi, ut justo patrifam. cedat. Atqui sic necesse est aut confundi rerum dominia, aut novis litibus materiam præberi.

ANNOT. CLXIII ad lin. 43.

Affirmat Aristoteles, Jctis negant.

No. 1. non contradicere Aristoteli Jctos in hoc negotio patet, quia diversa sunt Propositionum, subjecta. Sententia Aristotelis est; Servitus naturalis oritur ex natura, Jctorum: servitus legalis non oritur ex naturâ. Hæc non pugnant. Ubi nota, loqui Jctos præcipuè de servitute, quali jure gentium obnoxii fuerunt olim bello, capti, in quos Domini jus habebant vitæ & necis.

No. 2. Differt igitur talis servitus legalis à naturali primo ex parte principii efficientis seu mensuræ, quæ in servitute naturali est ingenium servile, in legali captivitas bellica vel quid tale. Vide Annot. præced. nò. 2. & 4.

No. 3. Secundo ex parte formæ. Servitus legalis est durior naturali. Habent enim in servos Domini jus vitæ & necis cum summâ licentiâ, juxta statum legalem non naturalem. Quod ideò placuit, quia jure gentium fingitur, (cujus quidem fictionis evitatio litium causa est) utramque partem belligerantem habere causam justam, eoque jus occidendi hostis: unde & captivum occidere licuit. Huic autem eâ lege parcere jura Gentium permiserunt, ut nihilominus retineretur occidendi potestas.

No. 4. Patet hinc, talem servitutem nasci ex debito sustinendæ pœnæ. Unde ipsa quoque pro pœna habetur. Adeoque & de tali vel simili servitute interpretandus est Augustinus cum lib. XIX. de Civ. Dei. c. 15. ait: *Comitio servitutis jure intelligitur imposita peccatori: proinde nunquam Scripturam legimus servum, antequam hoc vocabulò. Noe justus peccatum filii vindicaret.*

No. 5. Contraria ratio servitutis est naturalis, quæ planè clemens est, & ingenio servili præditis hominibus non in pœnam cedit, sed commodum. At quam formam quò magis se aptat praxis legalis, eo minus à statu naturæ recedere judicanda est.

G

AD

AD TAB. XXXVI.

De Societate Paternâ.

ANNOT. CLXIV. generalis.
 Commentarii loco in hanc totam Tabu-

lam esse potest Disputatio de Potestate Patriâ anno 166. à nobis habita.



AD TAB. XXXVII.

De Domo seu Familia.

ANNOT. CLXV. ad lin. 6.

Quoniam quâ tales.)

Non frustra dixi *quâ tales*. Possunt enim liberi bifariam considerari, primò ut *liberi*, deinde quatenus in familiis pauperum, subire solent rationem *servorum*, quod quidem est ex aberratione. Ex hoc posteriori modo cooperari eos posse patrifamiliâs ad finem, eâ sc. ratione, quâ servi, non negatur.

ANNOT. CLXVI. ad lin. 7.

Sed fini finis ipse.)

Ut matrimonia ineuntur gignendorum liberorum causâ, sic opes à patribusfamil. acquiruntur eorundem sustentandorum gratiâ. Sunt igitur liberi respectu quidem societatis conjugalis finis, respectu servilis verò finis.

ANNOT. CLXVII. ad lin. 12.

Qui familiae vocabulum.)

No. 1. Quare legem 165. Tit. de V. S. Unde illa secundum Jctum ambiguitas in vocabulo familie sic distingui potest, Familia vel *rem* significat, vel *personam*. *Rem*, ut in lege XII. Tab. *agnatus proximus familiam habet*, i. e. hæreditatem. *Personam* aut unicam, aut unâ plures *unicam*, ut cum de Patrone & Libertò Lex loquitur: *ex ea familiâ in eam familiam*. Hic enim de singularibus personis legem loqui constat. *Plures* personæ, vel corpus aliquod personarum hæc voce quatuor modis notatur. *Modo* enim familia plures notat personas, quæ sunt sub unius potestate aut naturâ aut jure, puta patremfam. matremfam. filiumfam. filiamfam. nepotes, neptes; *modo* omnes agnatos inter se; *modo* corpus quoddam servorum; *modo* totam familiam consanguineorum, vivis unâ & mortuis computatis. Harum significationum nulla est ad præsens institutum.

No. 2. Jam ut Jcti rationem habuerunt earum notionum, quas usus Latinæ Lingvæ per ea tempora suppeditaret: sic Aristoteles in Politicis non alium sensum in vocem familie admittit, quam quæ theoria societatum in statu naturali consideratarum suggerit.

No. 3 Ergò fallitur, qui purat, Aristotelem ex formulis Jctorum interpretari se posse.

No. 4. Fallitur etiam, qui putat, Philosophiæ Practicæ hanc partem theoreticam & universalem reformandam esse ad normam, quam quis è Jctorum legibus fortè construat. Quod non majori fieret jure, quam si quis contra putaret, leges Civiles reformandas esse ex theoriâ Aristotelis. Sana utraque est doctrina, sed Aristotelica theoriæ status naturalis, Jctorum praxi statûs legalis in Republ. Romana est accommodata.

No. 5. Unde & ille fallitur denique, qui putat, Aristotelem & Jctos hic sibi contradicere.

No. 6. Atq; hæc observationes locum habent non hic tantum, sed alibi quoque passim, ubi Aristotelis doctrina à Legibus Romanorum discrepare videtur: quod hic semel monuisse sufficiat: monuisse tamen opus fuit præcipuè propter Bodinum, qui creberrimè hic est lapsus, magis Aristotelis odio, quam favore in Jctos.

ANNOT. CLXVIII. ad lin. 15.

Prima, i. e. immediatè composita.)

Similem in modum capienda hæc vox est in definit. loci lib. I. Phys. c. 4. ubi locus definitur τὸ περιέχον τὴν πρώτην ἀκίνητον, πρῶτον, continentis superficies immobilis primâ: sic enim vertendum est, non immobilis primò; per superficiem primam autem intellige eam, quæ immediatè ambit corpus locatum. Definitur enim ibi locus non communis multorum corporum, sed proprias unius.

ANNOT. CLXIX. ad lin. 23.

Hæc tres personas sufficere.)

Dissen-

AD TABULAM XXXIII.

untur, meminerimus definiri Rempubicam non statum naturalis, sed legalis.

ANNOT. CLVI. ad lin. 52.
(Vocantur simplices.)

Sic in Physicis elementa vocantur corpora simplicita, non quod respuant compositionem quamvis, componuntur enim ex materia & forma, ex partibus item integrantibus, sed quia non componuntur ut mixta ex elementis.

ANNOT. CLVII. ad lin. 56.
(Societatum maxima, non absolute.)

No. 1. Civitas. h. e. societas civilis perfecta, potest unâ urbe, potest etiam pluribus contineri, ut dicemus ad Tab. XXXIX. memb. 2. Certum est autem in orbe terrarum satis multas esse civitates & Respubl.

No. 2. Jam duæ pluresve civitates aut fœdere sibi copulatæ sunt aut non sunt. Si prius, nascitur societas quædam, quam possumus vocare confederationem Rerumpublicarum. Si posterius, nihilominus inter diversarum Rerumpublicarum, cives societas illa est quam vocare solemus generis humani vel totius orbis terrarum. Postulat enim illa inter se omnium hominum per primum parentem cognatio ut homo homini amicum se præbeat. Atque hæc iussio, quæ legis ipsius naturalis est, nullius religionis præceptis magis adjuvatur, quam Christianæ, ut quæ inimicos etiam diligere jubet. Interim etiam jure gentium societatis hujus vis spectatur in bellis quoque, nec in illis desinit. Vid. Grot. Lib. III. pe Jur. bell. c. 9. no. 1. & 2.

No. 3. Planum autem est utramque societatem, tam confederationis illam, quam hanc orbis terrarum, esse majorem civitate. E. Civitas non est maxima societatum absolute.

No. 4. Quæres: cur autem in politicis non progredimur usque ad absolute maximam societatem? Resp: quia societates illæ reliquæ, tametsi sunt civitate majores, sunt tamen eâ minus perfectæ, ut intelligetur è Tab. XXXIX. Membr. 3. In statu autem naturali satis est progredi usque ad perfectissimum.

No. 5. Illud hic insuper annotari potest; fuisse qui in his societatum gradibus à civitate statim ad orbem terrarum profiliarent, ommissa confederatione, sicuti iidem pagum omittunt, fuisse vicissim, qui ultra orbem terrarum ascenderent.

No. 6. De prioribus Augustinus lib. XIX. de C. D. c. 7. ab initio: post civitatem, inquit, vel urbem sequitur orbis terra, in quo tertium gradum ponunt societatis humane, incipientes à domo, atque inde ad urbem, deinde ad orbem terra progrediendo venientes.

No. 7. Ex posterioribus autem fuit Varro, qui ultra orbem progrediens quartò loco nominabat

Mundum, qui censetur nomine cæli & terræ in eorum societatem cogitabat Deorum & hominum, ut intelligitur ex eodem Augustino libri dicti c. 3. Hinc Ciceroni quoque alicubi Mundus est civitas communis hominum & Deorum. Sic Stoicis κόσμος est πόλις ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεσῶσα. ap. Euseb. lib. XV. Verum ista societas ad vitam cælestem potius, quam civilem spectat. Vid. Tab. 6. lin. 33.

ANNOT. CLVIII. ad lin. 26.
(Hobbesiana de civis Philosophia.)

No. 1. Hobbesii verba præfat. ad Lect. Element. de civis ** 4. hæc sunt: immoto, quod jeci, fundamento ostendo primò conditionem hominum extra societatem civilem, quam conditionem appellare liceat statum naturæ, aliam non esse, quam bellum omnium contra omnes, atq; in eo bello jus esse omnibus in omnia.

No. 2. Hic falsum est, conditionem hominum extra societatem civilem esse statum naturæ. Status enim naturæ est perfectissima hominis conditio extra verò societatem civilem imperfectè vivitur.

No. 3. Falsum est quoque conditionem hominum extra societatem civilem esse bellum omnium contra omnes: homo enim homini naturaliter est amicus, non inimicus.

No. 4. Falsum denique est, in eo bello jus esse omnibus in omnia. Si enim verum esset, non aliam ob causam verum esset, quam quia bellum tale ex parte omnium belligerantium justum esset, neque id non vult Hobbesius. Atqui impossibile est, bellum duorum inter se, nedum omnium inter omnes, justum esse ex parte omnium belligerantium.

No. 5. Dicit aliquis fortè: tamen esse hominem homini naturaliter quoque inimicum ex pravitate naturæ & φιλαυτία corrupta: in bello item juris gentium esse, ut hosti in hostem liceant omnia. Resp. Falsissimum est, quod putat Hobbesius talem conditionem humani generis, qualem ita descripsit, esse statui naturæ consentaneam. Status enim naturæ sequitur naturæ perfectionem & virtutem: quòd autem homo homini inimicus est, quòd in bello in hostem omnia licent ex utraque parte, id non est ex perfectione naturæ sed ex imperfectione & corruptione. E. ad statum aberrantem referenda hæc erunt potius, nisi per statum naturæ intelligere velit Hobbesius statum naturæ corruptæ.

No. 6. Verum hæc quidem mens ipsius esse non videtur, quum ita passim disputet, ut illam infinitam licentiam rectæ rationi consentaneam statuat, & justam non extrinsecâ tantum justitiâ, quæ solam impunitatem in humano judicio dicit, sed etiam intrinsecâ. Quæ quidem in re impia ejus & planè execranda est sententia.

No. 7.

ANNOTATIONES

32
Nec enim ullibi negat Aristoteles etiam integræ gentis unam civitatem seu Rempubl. esse posse. Vid. Dn. Conring. c. 14. de Civil. prud. p. 355. quam contra eos qui asserbant, de urbium duntaxat liderarum Rempubl. in Opere Aristotelis Politico agi.

ANNOT. CLXXIV. ad definitionem.

Definitiones Aristotelis Græcas duas dedimus post finem Tabularum. Hic ex Lib. VII. c. 8. addemus tertiam: ἡ πόλις πολιτικῆς ζωῆς ἐπιπέφυκεν ἢ ζωῆς τῆς ἐποικουμένης. p. 458. & quartam: ἡ πόλις πλήθος ἐστὶν ἢ τὸ τυχόν ἀλλὰ πρὸς ζῆν αὐταρχίας. p. seqq.

ANNOT. CLXXV. ad lin. 13.

Homo est animal naturæ civile.)

No. 1. Animal civile Græcè est ζῷον πολιτικόν. Quod quomodo distingvatur ab homine πολιτικῶν dictum est Tab. XXXII. lin. 9. Opponitur autem animali solitario, quod solitudinem appetit. neque cum sui generis individuis in gregem quasi coalescere optat.

No. 2. Jam hominem esse animal civile duo dicit, nempe naturalem (1.) appetitum (2.) aptitudinem ad societatem civilem. Harum alterum Hobbesius concedit alterum negat. Verba ejus sunt c. 1. de Cive p. 6. *Dicendum est, verum quidem esse, homini per naturam seu quatenus est homo, i. e. statum utque natum esse, solitudinem perpetuam involutam esse.* Concedit igitur appetitum. Aptitudinem autem negat, p. seq. his verbis: *Manifestum est igitur, omnes homines, cum sunt nati infames ad societatem ineptos natos esse, permultas etiam & fortasse plerimos vel morbo animi vel defectu discipline per omnem vitam ineptos manere.*

No. 3. Dum hic ad infantes ablegat nos Hobbesius dum morbum animi defectumque disciplinæ inculcat satis apparet, æstimatam ab eo fuisse naturam humanam non ex perfectione sua & virtute sed imperfectione & vitiō eoque mensuram civilis doctrinæ, sumfisse illum à statu aberrante, quod minimè factum oportebat, de quo & supra Annot. CLVIII. Enim verò appetitum dare boni alicujus sine abtutitione opus est naturæ non rectæ (quæ non solet in necessariis deficere) sed depravata.

No. 4. Quod si igitur ad naturam rectam, seu rectitudinis suæ qualescunq; reliquias in Φιλαυτία rectâ conservantem vertemus oculos, facileprehendemus in homine aptitudinem quoque ad societatem civilem: quæ in eo ponitur, ut homo homini naturaliter sit amicus; quemadmodum naturalis illa hominis inimicitia, quæ Hobbesius in seipsum suam vitur, naturæ depravata & Φιλαυτία corrupta factus est. Vid. Disp. nostram de Φιλαυτία th. 31.

No. 5. Hòc observato Hob. argumenta solvi facile possunt, distingvendò tantum inter statum naturæ rectum & aberrantem, vel Φιλαυτίαν rectam & corruptam, quod & factum jam à nobis th. 71. de Φιλαυτία.

ANNOT. CLXXVI. ad lin. 31.

Nulla vis, quæ talis, conventionē.)

No. 1. Finis enim pagi, quæ talis, tantum est mutuum vicinorum auxilium in casibus non quotidianis per Tabulæ XXXVIII. Membr. 3. Neque vicinus æquo animo ferret, à vicinò se ob improbam vitam corripit aut puniri emendationis gratia: hætenus enim sibi ita sunt æquales vicini, ut nulli in alterum jus competat puniendi.

No. 2. Imò talis ad virtutem conspiratione civitatum quidem inter se confederationibus comprehenditur. Itaq; de fœderatis rectè Aristoteles lib. III. Pol. c. 6. p. 181. *Nec quales hi sunt omnino illi quicquam laborant, aut ne fœderatorum quicquam improbus vel injustus sit, curant, sed tantum id solliciti sunt, ne alii aliis injuriam faciant.*

No. 3. Non autem sine causa dixi: quæ talis. Notum enim est, hodie vix esse vel minimum pagum, in quo non sit aliqua administratio Judiciorum, id inter homines agrestes. Verùm hoc factum post constitutas civitates, nec est in pagis quæ talibus, sed quatenus accedunt ad qualemcunq; civitatis similitudinem.

ANNOT. CLXXVII. ad lin. 59.

Potissimum analogatum ceteris Democraticum.)

Quia Respubl. ipsa popularis in statu naturali habetur pro optima per Tab. XLII. Membr. 5. theor. 2.

AD TAB. XL.

De Dignitate civili.

ANNOT. CLXXVIII. ad lin. 2.

Gratis sילו disceres aptitudinem.)

Ex L. I. de jur. bel. c. 1. n. 4. & 7. ubi jais pro equalitate morali tantum distingvit in fortitudinem & aptitudinem. Quam distinctionem excutere non

non est hujus loci. Diximus de eâ aliquid Annot. CVII. no. 47.

ANNOT. CLXXIX. ad lin. II.

Latius tamen interdum.)

No. 1. *Tm̄* & *ἄμειλια*, honor & curatio, latius patent, quam *ἀρχή*, imperium seu Magistratus.

No. 2. Habere animi potest aliquis honorem, qui non statim habeat Magistratum, ut in Academiis Magistri & Doctores, non per hoc statim sunt Magistratus (nisi per legem Academiæ positivam) quod honores Academicos sunt adepti.

No. 3. Curationem verò habere quis potest, licet nec Magistratum gerat, nec persona sit honorata, ut licitor, carnifex Vid. Ciplian. ad Lib. IV. Polit. c. 15. p. 505. quem sequitur & Piccartus ibid. pag. 635. Curationem & honorem simul, sed absque Magistratu, habent legati.

ANNOT. CLXXX. ad lin. 20.

Fungi Magistratum in definitio.)

No. 1. Locum Aristotelis hanc in rem quære lib. III. Polit. c. 1. p. 154. 155.

No. 2. Ratio sic denominandi non aliunde melius intelligitur quam è naturâ Rerum publ. maximè popularium; ad has enim respexit Aristoteles. Ibi omnes cives numerò indefinitò, quotcunque sint (contingit autem, jam plures esse jam pauciores) habent potestatem deliberandi & judicanti: imperandi autem potestas esse non potest; nisi penes certâ numerò definitos cives adeoque non omnibus, eodem quidem tempore esse communis. Itaque & Tab præced. Membr. 6. *5. Civis (Democraticus) definiebatur potestate tantum deliberandi & judicanti, non imperandi. E. potestas deliberandi & judicandi rectè vocatur ab Aristotele Magistratus indefinitus, imperandi autem definitus.

ANNOT. CLXXXI. ad lin. 47.

Ad sortitionem reducenda successio.)

No. 1. Modus enim omnis, qui determinationem personæ voluntati humanæ eximit, ad sortem seu sortitionem refertur à nobis. Talis autem modus est successio, quæ fit jure natalium, siquidem hoc jure in Rēp. introducto Magistratus debatur, si velint homines, si vel nolint, iis, quorum parentes cum imperio fuerunt. Ut adeò hic etiam Dei voluntas, quatenus ea voluntatē humanā sibi non subordinat, conspiciatur,

No. 2. Qui tres faciunt absque violentiâ perveniendi ad Magistratum modòs, Electionem, Sortitionem & successionem, non contradicunt nobis, quandoquidem sortitionis vocabulum presens, atque nos, accipiunt, pro solâ sortitione illâ

videlicet, quam Hobbesius c. 3. de cive art. 18. p. 52. vocaret *arbitrariam*, & à *naturali*, qualis est naturalium distingveret. Nos verò illo vocabulo utramque sortem comprehensam volumus.

No. 2. Sors illa natalium, si dat jus ad Magistratum, vel dat omnibus ejusdem familiæ personis, vel uni tantum, nempe primogenito, Omnibus, si magistratus vel divisibilis est in plures personas, vel communiter possideri potest ac debet à pluribus. Uni tantum, si dictæ conditiones contra se habeat. De jure primogeniti legi potest Disp. habita à nobis Ao. 1657.

ANNOT. CLXXXII. ad lin. 50.

Sortis naturalis Electio.)

Vide Disputationem nostram Ao. 1660. habitam, de certamine Præstantiæ inter Regnum electivum & successivum.

ANNOT. CLXXXIII. ad lin. 25.

Aequalitas civium.)

No. 1. In dignitate puta civili, & stante Magistratus alicujus indivisibilitate vel impossibilitate communiter possidendi, Conf. Hobbesi, c. 3. de cive art. 17. p. 51.

No. 2. Si dignitas hæc civilis statuitur esse *Libertas personalis*, ut fit in Democratiis, omnes ea cives æquales inter se facit, per theor. 2. hujus Tab. Quam ob causam & sortitiones Magistratum ac commendatissimæ sunt Democratiis: & Aristoteles lib. VI. Polit. c. 2. p. 3. 4. inter ea, quæ sunt Democratica, τὸ πᾶσι τοῖς ἀρχαῖς ἢ πᾶσι, ἢ ὅσα μὴ ἰμπερίας δεύονται, ἢ τέχνης.

No. 3. Et hæc quidem de sorte *arbitraria* intelliguntur. Vera sunt autem, quæ diximus, etiam de sorte naturali, quam dat primogenitura. Cum enim fratres inter se ex nobilitate reputentur æquales, positâ Magistratus indivisibilitate, optimum est illi deterre imperium, cui DEUS dedit sortem hoc est, primogenituram.

No. 4. Causam tetigimus aliquo modo Annotat. CLIV. no. 4. ut sc. eò melius evitentur dissidia. Sed quia ibi de solâ primogenitura locuti sumus, hic de sortitione quavis rem expediemus paulò clarius.


No. 5. Pono, Magistratum aliquem esse unum, eumque indivisibilem, cives autem capaces esse decem, eosque inter se æquales, æque dignos. Necessè est uni soli ex his decem deferri Magistratum, cæteris novem carituris. Hic ajo, minus fore dissidiarum, si sorte (sive naturalis ea sit, sive arbitraria) res decideret, quam si electione, hæc. si res humano arbitrio exempta relinquatur divi. no. Ratio, quia in illis, qui sic præteriti fuerint, minus erit ira atque invidia versùs eum, qui tali ratione ad Magistratū pervenit. Quanquam enim ex hoc ipso, si nobis, cum simus æquales, inæqualia

AD TAB. XXXVI.

De Societate Paternâ.

ANNOT. CLXIV. generalis.
 Commentarii loco in hanc totam Tabu-

lam esse potest Disputatio de Potestate Pa-
 triâ anno 166. à nobis habita.



AD TAB. XXXVII.

De Domo seu Familia.

ANNOT. CLXV. ad lin. 6.

Quoniam quâ tales.)

Non frustra dixi *quâ tales*. Possunt enim li-
 beri bifariam considerari, primò ut *liberi*,
 deinde quatenus in familiis pauperum,
 subire solent rationem *servorum*, quod
 quidem est ex aberratione. Ex hoc posteriori mo-
 dô cooperari eos posse patrifamiliâs ad finem, eâ
 sc. ratione, quâ servi, non negatur.

ANNOT. CLXVI. ad lin. 7.

Sed sunt finis ipse.)

Ut matrimonia ineuntur gignendorum
 liberorum causâ, sic opes à patribus famil.
 acquiruntur eorundem sustentandorum
 gratiâ. Sunt igitur liberi respectu quidem
 societatis conjugalis finis, respectu ser-
 vilis verò finis.

ANNOT. CLXVII. ad lin. 12.

Quis familie vocabulum.)

No. 1. Quare legem 165. Tit. de V. S. Unde illa
 secundum Jctum ambiguitas in vocabulo familie
 sic distingui potest. Familia vel *rem* significat, vel
personam. *Rem*, ut in lege XII. Tab. *agnatus proximi-
 mus familiam habet*, i. e. hæreditatem. *Personam*
 aut unicam, aut unâ plures *unicam*, ut cum de Pa-
 trono & Libertò Lex loquitur: *ex ea familiâ in eam
 familiam*. Hic enim de singularibus personis legem
 loqui constat. *Plures* personæ, vel corpus aliquod
 personarum hæc voce quatuor modis notatur.
Modo enim familia plures notat personas, quæ
 sunt sub unius potestate aut naturâ aut jure, puta
 patremfam. matremfam. filiumfam. filiamfam.
 nepotes, neptes; *modo* omnes agnatos inter se;
modo corpus quoddam servorum; *modo* totam se-
 riem consanguineorum, vivis unâ & mortuis com-
 putatis. Harum significationum nulla est ad
 præsens institutum.

No. 2. Jam ut Jcti rationem habuerunt earum
 notionum, quas usus Latinæ Lingvæ per ea tem-
 pora suppeditaret: sic Aristoteles in Politicis non
 alium sensum in vocem familie admittit, quam
 quam theoria societatum in statu naturali consi-
 deratarum suggerit.

No. 3 Ergo fallitur, qui purat, Aristotelem
 ex formulis Jctorum interpretari se
 posse.

No. 4. Fallitur etiam, qui putat, Philo-
 sophiæ Practicæ hanc partem theoreticam
 & universalem reformandam esse ad nor-
 mam, quam quis è Jctorum legibus fortè
 construat. Quod non majori fieret jure,
 quam si quis contra putaret, leges Civiles
 reformandas esse ex theoriâ Aristotelis.
 Sana utraque est doctrina, sed Aristoteli-
 ca theoriæ status naturalis, Jctorum praxi
 statûs legalis in Republ. Romana est ac-
 commodata.

No. 5. Unde & ille fallitur denique, qui putat, A-
 ristotelem & Jctos hic sibi contradicere.

No. 6. Atq; hæc observationes locum ha-
 bent non hic tantum, sed alibi quoque pas-
 sim, ubi Aristotelis doctrina à Legibus
 Romanorum discrepare videtur: quod
 hic semel monuisse sufficiat: monuisse
 tamen opus fuit præcipue propter Bodi-
 num, qui creberrimè hic est lapsus, magis
 Aristotelis odio, quam favore in Jctos.

ANNOT. CLXVIII. ad lin. 15.

Prima, i. e. immediatè composita.)

Similem in modum capienda hæc vox
 est in definit. loci lib. I. Phys. c. 4. ubi locus
 definitur τὴ περιέχοντι τῆς ἀκίνητου,
 περιῶτον, *continentis superficies immobilis primâ*: sic
 enim vertendum est, non immobilis primâ;
 per superficiem primam autem intellige
 eam, quæ immediatè ambit corpus loca-
 tum. Definitur enim ibi locus non com-
 munitatis multorum corporum, sed proprias
 unius.

ANNOT. CLXIX. ad lin. 23.

Idus tres personas sufficere.)

Dissen-

AD TABULAM XXXVIII. & XXXIX.

Disseñdit Bodinus Lib. I. de Republ. c. 2. existi-
matq; quinq; personas ad minimum requiri ad fa-
miliam. Sed illi annò 1663. opposuimus Exerci-
tationem de minimo numero personarum familiz,
itemq; civitatis, qvam vide.

ANNOT. CLXX. ad lin. 31.

Personas domesticas libertas &c.)

No. 1. *Libertas* in genere est potestas a-
gendi, quæ velis i.e. dirigendi actiones per-
sonarū tibi subditarum, & disponendi circa
res tuas, utrumq; pro arbitrio, vid. *. 2. sub f.

No. 2. Species ejus sunt, quas *. 4. tangimus, *do-
mestica* leu personalis & *civilis*, quæ alio nomine
dicitur *Majestas*, de qua Tab. XLVIII.

No. 3. Utraque subdividi potest in *summam* &
subordinatam.

No. 4. *Summam* personalem habet Paterfam.
in suā domo: summam civilem habent, penes
quos est majestas in Republ.

No. 5. Sed summa utraque dicitur, quatenus

consideratur *intra* domum seu civitatem, cuiusque
suam. Nam si *extra* domum vel civitatem se por-
rigit ad alias domos civitatesve non *summa* voca-
tur, sed *equalis*, alteri sc. libertati summæ quam in
aliā domo vel civitate habet alius quis. Vid. *. 2.
& Tab. XLVIII. Membr. 5.

No. 6. *Subordinatam* potestatem, *civilem* qui-
dem, habent Magistratūs subordinati. quorum fit
mentio Tab. XL. lin. 24. *in domo* verò uxor, inter-
dum & servi ancilleve certū generis, ut Præcepto-
res, nuntices.

No. 7. Filiorum libertas, quatenus illi adhuc
subsunt imperio parentum, non tam exponenda est
positivè, quasi illi habeant potestatem agendi, quæ
volunt, hanc enim non habent: quam *negativè*,
quod eorum conditio non sit servilis. Confer
Arnizuum Lib. I. Relect. Polit. c. 4. sect. 3. no. 2. p.
157. Aut dic. filiorum libertatem non tam esse *pre-
sentem*, quam *futurem* seu speratam: quò sensu &
beatitudo ipsorum civilis in spe esse dicitur. Nam
servi natu i tales non habent similiter, quod speret.

AD TAB. XXXVIII.
De Pago.

ANNOT. CLXXI. ad lin. 58.

Numero indefinito.)

Cur vico & civitati certus personarum nu-
merus assignari non possit, expendo in Dis-
putatione Anti-Bodiniana th. 23.

ANNOT. CLXXII. ad lin. 61.

Quarum unius reliquæ omnes sunt colonia.)

Memorable-talis vici exemplum cotimemo-
tat, Ludov. Vives ad Lib. XV. Augustini de C.D.
c. 8. f. 820. *Enit*, inquit, *memoria Parrum vicini pend*
centum domorum in Hispania, cuius omnes incolæ erant
à sene quodam, qui adhuc vivet et progeniti sua, ut pro-
pinquitatis nomen jam decesset, quo à minimis natu voca-
retur. Lingua enim nostra super atavum non ascendit.

AD TAB. XXXIX.
De Civitate.

ANNOT. CLXXI. ad homonymiam.

No. 1.

Distinctio hæc intelligenda est ex usu
Rerumpubl. hodiernarum, quæ
tam amplæ sunt, ut non unius urbis angu-
stis coërceantur, sed multas urbes, imò
sæpè & (ut Imperii Romani exemplo do-
ceri potest) Provincias plures comprehen-
dant. In talibus igitur oppidum unum
non nisi partem faciet totius civilis societa-
tis in unum corpus formæ.

No. 2. Non interim nego fieri posse, ut fa-
ctum etiam esse, ut cives ejusdem Reipub.
totalis iisdem mœnibus continerentur,
quales Respublice tempore Aristotelis in

Græcia fuere plures, eæque Democraticæ
ferè, Atque hinc amat ille *πολις* & *ἰθυς*, di-
stinguere tanquam minus aliquod à ma-
jori, ut *πόλις* sit Respubl. una unò oppido
conclusa; *ἰθυς* verò Respubl. plures, sed
ejusdem nationis, quas interim fœderè co-
pulari in societatem civitate seu Rempubl.
majorem (quam Añot. CEVII. no. 2. Con-
federationem vocabamus) nihil vetat Lo-
ci, quibus hæc duo distinguit Philof. legi
possunt lib. II. Polit. c. I. p. 71. Lib. III. Polit.
c. 2. p. 159. & Eib. VII. Polit. c. 4. p. 447.

No. 3. Quod autem Bodmus vult Lib. II. de Rep.
c. 6. f. 49. Aristoteli civitatem non dici, nisi cives
omnes uno & eodem loco contineantur, nihil est.

G 2

Nec

ANNOTATIONES

32
Nec enim ullibi negat Aristoteles etiam integræ gentis unam civitatem seu Rempubl. esse posse. Vid. Dn. Conting. c. 14. de Civil. prud. p. 355. quam contra eos qui asserbant, de urbium distantiat liderarum Republ. in Opere Aristotelis Politico agi.

ANNOT. CLXXIV. ad definitionem.

Definitiones Aristotelis Græcas duas dedimus post finem Tabularum. Hic ex Lib. VII. c. 8. addemus tertiam: ἡ πόλις πολιτικῆς τῶν ἀνθρώπων, ἢ ζῶντος τῆς ἐνδοχόμενης πόλεως p. 458. & quartam: ἡ πόλις πολιτικῆς ἐστὶν ἡ τὸ τυχεῖν ἀλλὰ πρὸς ζῶντα αὐταρκεῖ p. seqq.

ANNOT. CLXXV. ad lin. 13.

Homo est animal naturæ civile.)

No. 1. Animal civile Græcè est ζῶν πολιτικόν. Quod quomodo distingvatur ab homine πολιτικῶν dictum est Tab. XXXII. lin. 9. Opponitur autem animali solitario, quod solitudinem appetit. neque cum sui generis individuis in gregem quasi coalescere optat.

No. 2. Jam hominem esse animal civile duo dicit, nempe naturalem (1.) appetitum (2.) aptitudinem ad societatem civilem. Harum alterum Hobbesius concedit alterum negat. Verba ejus sunt c. 1. de Cive p. 6. Dicendum est, verum quidem esse, homini per naturam seu quatenus est homo, i. e. statum atque naturam esse, solitudinem perpetuam molestam esse. Concedit igitur appetitum. Aptitudinem autem negat, p. seq. his verbis: Manifestum est igitur, omnes homines, cum sunt nati infames ad societatem ineptos natos esse, per multos etiam & fortasse plurimos vel morbo animi vel defectu discipline per omnem vitam ineptos manere.

No. 3. Dum hic ad infantes ablegat nos Hobbesius dum morbum animi defectumque disciplinæ inculcat satis apparet, æstimatam ab eo fuisse naturam humanam non ex perfectione sua & virtute sed imperfectione & vitiō eoque mensuram civilis doctrinæ, sumsisse illum à statu aberrante, quod minimè factum oportebat, de quo & supra Annot. CLVIII. Enim verò appetitum dare boni alicujus sine abtuturæ opus est naturæ non rectæ (quæ non solet in necessariis deficere) sed depravatæ.

No. 4. Quod si igitur ad nbturam rectam, seu rectitudinis suæ qualescunq; reliquias in Φιλαυτία rectâ conservantem vertemus oculos, facile deprehendemus in homine aptitudinem quoque ad societatem civilem: quæ in eo ponitur, ut homo homini naturaliter sit amicus; quemadmodum naturalis illa hominis inimicitia, quæ Hobbesius in rem suam vitur, naturæ depravatæ & Φιλαυτία corruptæ factus est. Vid. Disp. nostram de Φιλαυτία th. 31.

No. 5. Hòc observato Hob. argumenta solvi facile possunt, distingvendò tantum inter statum naturæ rectum & aberrantem, vel Φιλαυτία rectam & corruptam, quod & factum jam a nobis th. 71. de Φιλαυτία.

ANNOT. CLXXVI. ad lin. 31.

Nulla vici, quæ talis, conventionē.)

No. 1. Finis enim pagi, quæ talis, tantum est mutuuum vicinorum auxilium in casib; non quotidianis per Tabulæ XXXVIII. Membr. 3. Neque vicinus æquo animo ferret, à vicinò se ob improbam vitam corripere aut puniri emendationis gratia: hætenus enim sibi ita sunt æquales vicini, ut nulli in alterum jus competat puniendi.

No. 2. Imò talis ad virtutem conspiratione civitatum quidem inter se confœderationibus comprehenditur. Itaq; de trœderatis rectè Aristoteles lib. III. Pol. c. 6. p. 181. Nec quales hi sunt omninò illi quicquam laborant, ut, ne sedeciorum quicquam improbus vel injustus sit, curant, sed tantum id solliciti sunt, ne alii aliis injurias faciant.

No. 3. Non autem sine causa dixi: quæ talis. Notum enim est, hodie vix esse vel minimum pagum, in quo non sit aliqua administratio Judiciorum, id inter homines agrestes. Verùm hoc factum post constitutas civitates, nec est in pagis quæ talibus, sed quatenus accedunt ad qualemcunq; civitatis similitudinem.

ANNOT. CLXXVII. ad lin. 59.

Potissimum analogatum civis Democraticum.)

Quia Respubl. ipsa popularis in statu naturali habetur pro optima per Tab. XLIII. Membr. 5. theor. 2.

AD TAB. XL.

De Dignitate civili.

ANNOT. CLXXVIII. ad lin. 2.

Græcis sfilo diceret aptitudinem.)

Ex L. I. de jur. bel. c. 1. n. 4. & 7. ubi jus pro equalitate morali sumtum distingvit in sœcularitatem & aptitudinem. Quam distinctionem excutere non

non est hujus loci. Diximus de eâ aliquid Annot. CVII. no. 47.

ANNOT. CLXXIX. ad lin. II.

Latius tamen interdum.)

No. 1. *Τῆς & Ἀρχιτέτα, honor & curatio*, latius patent, quàm *ἀρχή, imperium* seu Magistratus.

No. 2. Habere animi potest aliquis *honorem*, qui non statim habeat *Magistratum*, ut in Academiis Magistri & Doctores, non per hoc statim sunt Magistratus (nisi per legem Academiæ positivam) quod honores Academicos sunt adepti.

No. 3. *Curationem* verò habere quis potest, licet nec Magistratum gerat, nec persona sit honorata, ut lictor, carnifex Vid. Ciphian. ad Lib. IV. Polit. c. 15. p. 505. quem sequitur & Piccartus ibid. pag. 635. *Curationem & honorem simul*, sed absque Magistratu, habent legati.

ANNOT. CLXXX. ad lin. 20.

Fungi Magistratum in definito.)

No. 1. Locum Aristotelis hanc in rem quære lib. III. Polit. c. 1. p. 154. 155.

No. 2. Ratio sic denominandi non aliunde melius intelligitur quàm e naturâ Rerum publ. maximè popularium; ad has enim respexit Aristoteles. Ibi omnes cives numero indefinito, quocumque sint (contingit autem, jam plures esse jam pauciores) habent potestatem deliberandi & judicandi: imperandi autem potestas esse non potest; nisi penes certâ numero definitos cives adeoque non omnibus, eodem quidem tempore esse communis. Itaque & Tab præced. Membr. 6. *5. Civis (Democraticus) definiebatur potestate tantum deliberandi & judicandi, non imperandi. E potestas deliberandi & judicandi rectè vocatur ab Aristotele Magistratus indefinitus, imperandi autem definitus.

ANNOT. CLXXXI. ad lin. 47.

Ad sortitionem reducenda successio.)

No. 1. Modus enim omnis, qui determinationem personæ voluntati humanæ eximit, ad sortem seu sortitionem refertur a nobis. Talis autem modus est successio, quæ fit jure natalium, si quidem hoc jure in Rēp. introducto Magistratus debatur, sive velint homines, sive nolint, iis, quorum parentes cum imperio fuerunt. Ut adeo hic etiam Dei voluntas, quatenus ea voluntatē humanā sibi non subordinat, conspiciatur.

No. 2. Qui tres faciunt absque violentiâ perveniendi ad Magistratum modos, Electionem, Sortitionem & Successionem, non contradicunt nobis, quandoquidem *sortitionis* vocabulum presertim, atque nec accipiunt, pro solâ sortitione illâ

videlicet, quam Hobbesius c. 3. de cive art. 18. p. 52. vocaret *arbitrariam*, & à *naturali*, qualis est natalium distingveret. Nos verò illo vocabulo utramque sortem comprehensam volumus.

No. 2. Sors illa natalium, si dat jus ad Magistratum, vel dat omnibus ejusdem familiæ personis, vel unitantum, nempe primogenito, *Omnibus*, si magistratus vel divisibilis est in plures personas, vel communiter possideri potest ac debet à pluribus. *Unitantum*, si dictæ conditiones contra se habeat. De jure primogeniti legi potest Disp. habita a nobis Ao. 1657.

ANNOT. CLXXXII. ad lin. 50.

Stanni naturalis Electio.)

Vide Disputationem nostram Ao. 1660. habitam, de certamine Præstantiæ inter Regnum electivum & successivum.

ANNOT. CLXXXIII. ad lin. 25.

Æquitas civium.)

No. 1. In dignitate puta civili, & stante Magistratus alicujus indivisibilitate vel impossibilitate communiter possidendi, Conf. Hobbes, c. 3. de cive art. 17. p. 51.

No. 2. Si dignitas hæc civilis statuitur esse *Libertas personalis*, ut fit in Democratiis, omnes ea cives æquales inter se facit, per theor. 2. hujus Tab. Quam ob causam & sortitiones Magistratum ac commendatissimæ sunt Democratiis: & Aristoteles lib. VI. Polit. c. 2. p. 3. 4. inter ea, quæ sunt Democratica, τὸ πληρωτάσσειναι τὰς ἀρχάς, ἢ πᾶσας, ἢ ὅσας μὴ ἰμπερίας δέονται, ἢ τέχνης.

No. 3. Et hæc quidem de sorte *arbitraria* intelliguntur. Vera sunt autem, quæ diximus, etiam de sorte naturali, quam dat primogenitura. Cum enim fratres inter se ex nobilitate reputentur æquales, positâ Magistratus indivisibilitate, optimum est illi deterere imperium, cui DEUS dedit sortem hoc est, primogenituram.

No. 4. Causam tetigimus aliquo modo Annotat. CLIV. no. 4. ut sc. eò melius evitentur dissidia: Sed quia ibi de solâ primogenitura locuti sumus, hic de sortitione quavis rem expediemus paulò clarius.

No. 5. Pono, Magistratum aliquem esse unum, eumque indivisibilem, cives autem capaces esse decem, eosque inter se æquales, æque dignos. Necesso est uni soli ex his decem deferri Magistratum, cæteris novem carituris. Hic ajo, minus fore dissidiorum, si sorte (sive naturalis ea sit, sive arbitraria) se decitator, quàm si electione, hæc, si res humano arbitrio exempta relinquatur divi. no. Ratio, quia in illis, qui sic præteriti fuerint, minus erit iræ atque invidiæ versùs eum, qui tali ratione ad Magistratū pervenit. Quanquam enim ex hoc ipso, si nobis, cum simus æquales, inæqualia

tribui videmus, nasci solet ira, invidia, dolor, quoniam hac ratione videmur injuriam pati, minuentur tamen hac omnia per hanc sortem, siue respiciamus illum, qui depulit imperium, siue qui accepit, siue nos, qui caremus.

No. 6. Nam *primo* ubi forte res deciditur, imperium defert DEUS. At ab hoc nemini posse injuriam fieri, docent notitia innata. E. nec irascentur ipsi, eoque nec iram hanc exonerabimus in eum, qui sic adeptus est imperium.

No. 7. *Deinde* ubi electio valet, electores corrumpi pretio aut aliis modis possunt ab ambiente; in sorte hoc fieri non potest. E. cessat hic & illa malorum artium suspicio.

No. 8. *Denique* cum certum sit, Deum pro liberrima sua, sed eadem nunquam injusta voluntate dispensare sortem, inde est, ut qui sic adeptus est imperium, non virtutibus illud suis meruisse, sed ex solo Dei arbitrio accepisse prae nobis videatur, (cum electio contra jubeat ad merita personarum respicere) igitur videbimur a sic imperium sortitio victi esse non bono aliquo animi, sed bono fortunae. Aequius autem ferimus, si minus fortunati, quam si minus idonei vel virtute praediti videmur.

ANNOT. CLXXXIV. ad lin. 53.

In liberam & restrictam.

No. 1. Electio libera (*restricta*) ex parte ELIGENTIUM est, cum omnes (*non omnes*) cives nobiles alicujus Reipubl. jus habent eligendi Magistratum supremum, de tali enim Magistratu praecipue hic loquimur, e. g. in Regno Poloniae Rex eligitur ab universa nobilitate: (*in Imperio Romano imperator eligitur hodie ab 8. Electoribus tantum.*)

No. 2. Hoc loco observandum & illud, posse electionem aliquam ex parte *eligentium* esse partim liberam, partim restrictam: si nempe plures electiones ad designandum Magistratum ex lege publicâ requirantur, ita ut in primâ electione jus eligendi sit penes cives omnes, vel saltem penes omnes eximiores cives, eligant autem non ipsum Magistratum, sed electores electionis secundae, qui vicissim eligant electores electionis tertiae & ultimae, quae tandem Magistratum ipsum determinet. Talis vel certe non multum ab similibus est electio Rectoris in Academia nostrâ.

No. 3. Electio libera (*restricta*) ex parte ELIGENDORUM est, cum omnes (*non omnes*) cives vel saltem Nobiles Reipublicae habentur per leges fundamentales apti ad gerendum Magistratum supremum, nullo (*aliquo*) civium vel Nobilium statu seu gradu excepto, adeoque electio fieri potest (*non potest*) ex omnibus. Exemplum electionis restrictae iterum peti potest è Romano Imperio, ubi capax Imperii habetur non quivis Im-

perii Romani civis seu subditus, sed nobilitas tantum, nec nobilis quivis, sed ad minimum dignitate Ducali praeditus. Libera interim illa electio est, ex parte familiae, non obstante, quod numero satis magnò ex eadem Domo Austriacâ serie non interruptâ hætenus electi sunt Imperatores.

ANNOT. CLXXXV. ad lin. 55.

Modus uterque misceri dicitur.

No. 1. Misceri sortem & electionem duobus modis contingit: *uno*, si praecedat electio, sequatur fors; *altero*, si fors praecedat, electio sequatur.

No. 2. *Prior* modus fieri dicitur, si certò numero personarum eligantur ab electoribus, è quibus unus tantum sortis beneficio postea designetur Magistratus. Atque hoc iterum *bisariam* fieri potest. *Aut* enim leges ipsae Reipubl. jubent ad certum numerum eligendo progredi, & postea mitti sortem: ut plures in suffragium aequalium consensu eligantur, huncque consensum placeat sorte dirimere.

No. 3. *Posteriori* verò modo sortem praecedere dicimus electionem subsequi, si per legem Reipubl. fundamentalem electio restricta sit ad certam familiam, sic, ut ex illâ familia eligi possit, quicumque placuerit Electoribus, licet non sit proximus agnatus ejus, qui decessit. Sortis vocabulum hic locum habet, quoniam è certâ familiâ natum esse sortis est beneficium, non eligentium.

ANNOT. CLXXXVI. ad theor. 1.

Alibi aequales, alibi inaequales.

Si enim ponas omnes esse aequaliter virtute Imperatoriâ praeditos, aequales habebuntur juxta dignitatem civilem; inaequales verò si ponas, certos tantum, vel etiam unum solum, pollere virtute Imperatoriâ, vel etiam heroica; ceteros virtute obedienciali tantum vel etiam communi.

ANNOT. CLXXXVII. ad theor. 3. 4.

Aequalibus, (inaequalibus) in dignitate &c.

No. 1. Ex his duobus theorematibus nascuntur Syllogismi pro tribus Reipubl. formis constituendis, ita ut *prior* regula populari, *altera* Aristocratico vel Monarchic. statui inserviat. Conf. Tab. sq. Memb. 1. * 9. 10.

No. 2. Nam si ponas, cives omnes aequales esse, juxta dignitatem civilem siue in virtute siue in libertate personali ea constituantur, concludetur, ad Reipubl. *popularissimam* hoc modo:

Aequalibus in dignitate tribuenda sunt aequalia in honore.

AD TABULAM XLI.

Aliqui omnes cives hic sunt aequales in dignitate (i.e. virtute vel libertate.)

E. omnes debent esse aequales in honore (i. e. Magistratu.) Quæ est ipsa forma Reipubl. Democraticæ,


No. 3. Si autem cives ponas inæquales dignitate civili, (sive locetur hæc dignitas in virtute, sive divi iis aut nobilitate) concludetur ad Rempubl. Aristocraticam vel Monarchicam hõc modõ.

Inæqualibus in dignitate tribuenda sunt inæqualia in honore.

Aliqui cives hic sunt inæquales in dignitate (aliõ sc. virtute imperatoriã divitiis, nobilitate præditi, vel etiam unicus eximie præditus, reliqui secus.)

E. & in honore (sive Magistratu civili) tribuenda sunt illis inæqualia.

Id fiet, si præditi illi, vel unus etiam, imperet, reliqui pareant, quæ est ipsa forma Reipubl. Aristocraticæ vel Monarchicæ.



AD TAB. XLI.

De Divisionibus civium, Facie A.

ANNOT. CLXXXVIII. ad lin. 5.

Affectio civium est unita.)

No. 1.

Affectiois unita & disjuncta vocabula eo sensu hic capio, quo solemus in Metaphysicis affectiones Entis alias unitas vocare, ut Unitatem, Veritatem, Bonitatem, alias disjunctas, ut Actum & Potentiam, ac similes.

No. 2. Libertatem personalem esse affectionem civium unitam patet e Tab. xxxix. lin. 45. Itaque & Tab. præced. Membr. 4. voca vi eam dignitatem communem quia communis est omnibus civibus.

ANNOT. CLXXXIX. ad lin. 11.

Παιδείαν vocare in Politicis amat. Aristoteles.

No. 1. Ut lib. VI. Polit. c. 2. ἐπειδὴ ἀλλὰ γὰρ χεῖρα καὶ γένη καὶ πλῆθος καὶ παιδεία ὀρεῖται, ταὶ δημοτικὰ δὲ δοκεῖ ταναντία τῶτων εἶναι, ἀγένεια, πνία, βαυαυσία. Ubi ex opposito, nempe βαυαυσία, (quæ voce omnis ars illiberata indicatur) deprehendere licet, quid hic sit παιδεία.

No. 2. Observa autem Aristotelem, dum de dignitatibus civilibus loquitur, jam παιδείαν cum ἀρετῇ conjungere, jam satis habere, si pro utraq; alteram solam nominet.

No. 3. Conjungit lib. IV. Polit. cap. 4. ἡ γὰρ ἡμῶν πλῆθος, εὐγένεια, ἀρετὴ, παιδεία, καὶ τῶτων ἴμοια.

No. 4. Solam ἀρετὴν nominat lib. IV. Pol. c. 8. p. 263. τρία δὲ αὐφισιγητὰ τῆς ἰσότητος τῆς πολιτείας, ἐλευθερία, πλῆθος, ἀρετὴ. Τὸ γὰρ τέταρτον, ὁ καλῶς εὐγενεῖαν ἀπολαμβάνει τοῖς δυσιν. Ἡ γὰρ εὐγενεῖα ἐστὶν ἀρχαῖα πλῆθος καὶ ἀρετὴ. Ubi obiter nota specificationem omnium quatuor dignitatum civilium ipsis vocabulis, quæ & nos retinimus Tab. præced. membr. 4.

No. 5. Solam παιδείαν, loco sc. ἀρετῆς memorat. Lib. IV. Polit. c. 12. p. 279. ἐστὶ δὲ πῶσις πόλις ἐκ τῆ τοῦ καὶ ποσῶ. λίγα δὲ ποῖον μὲν ἐλευθερίαν, πλῆθος, παιδείαν, εὐγένειαν, ποσὸν δὲ τῆν τῆ πλῆθος ὑπερῶν.

ANNOT. CXC. ad lin. 18.

Partes ejus I. Recensentur. 5. recensentur.)

Recensentur eo loco quinque species seu partes divitiarum, ad quas per prævias divisiones sic pervenire possis. Divitiarum nomine quæ comprehenduntur bona, sunt vel immobilia, ut regio, agri; vel mobilia. Mobilium rursus aliud animatum, aliud inanimatum. Animatum vel rationale, mancipium, vel irrationale, pecus. Inanimatum vel nummus, vel res nummò æstimabilis, supellex.

ANNOT. CXCI. ad lin. 30.

Juxta præscriptum justitiæ distributiue.)

Vide Annotat. CVII. no. 16.

ANNOT. CXCII. ad lin. 44.

Opponunt ergo in hoc legali statu.)


No. 1. Civiles Magistratus distribuuntur præcipue vel ex justitiâ, vel ex gratitudinis lege.

No. 2. Ex lege justitiæ distributiivæ sola virtus propria meretur imperium civile per* præced. 6. Quoniam verò virtus hæc palpari manibus non potest necesse est, ut in statu legali ad præsumptiones probabiles veniatur. Unde nascuntur Syllogismi quorum major Propositio est hæc: *Quicumque majorem habent propriæ virtutis præsumptionem, illi præferendi sunt in imperio.* Virtutis autem nomine hictum prudentia intelligitur, tum amor etiam boni publici, e quibus illa facit, ut possis; hæc velis etiam bene imperare.)

No. 3.

No. 3. Ad *suppositionem* ubi pervertum est, nec divitibus & nobilibus ex una, nec item plebejis, saltem in cumulo sumtis, ex altera parte deest causa, cur quilibet factio penes se majorem *presumptionem* esse pugnet. Eas causas non difficile fuerit e textu eruere.

No. 4. Quod si ex lege *gratitudinis* argumentum ducitur, Major propositio sic formabitur:



AD TAB. eandem XLI.

Fac. B.

ANNOT. CXCIV. ad lin. 17.

Similis est Animali.)

No. 1.

Animal considerari potest ut totum vel *essentiale*, & sic dividitur in animam & corpus, tanquam materiam & formam; vel *integrale*, & sic vicissim in partes dividitur vel *anima* ejus (puta in facultatem rationalem, irascibilem & concupiscibilem secundum *Platonem*) vel *corpus* (puta in manus, pedes caput &c.) Nullus horum trium modorum est, ad quem non possit instrui collatio Reipubl. cum animali.

No. 2. Ad divisionem *corporis* in membra respexit Apostolus I. Cor. 12. v. 14. 15. *Nam et corpus non est unum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, num ideo non est de corpore? &c.*

No. 3. Ad divisionem *anima* in suas partes seu facultates respexit Plato, cum civium *tria* genera constituit, τὸ βελότικόν, in quo essent *Senatores* tanquam Reipubl. facultas rationalis; τὸ ὀπίσθητον, in quo *milites*, tanquam pars irascibilis; & τὸ γρηνατιστικόν in quo *opifices*, & quorumcunque tanquam partis concupiscibilis seu vegetativæ laboribus nutritur Civitas; Vid. Disp. nostram I. de Virt. Cardinal. th. 36.

No. 4. Eandem divisionem quoque applicare possis optimæ Reipubl. Aristotelis, Is enim ut *. 1. observamus, cives simpliciter dictos (vide in primis c. 8. & 9. Lib. VII. Polit.) querit tantum in parte civitatis, quam in *Tabulâ formalem* diximus. Hæc verò pars *anima*, & partibus ejus, tanquam *imperanti* non corpori tanquam subsidio similis est: unde & *formalem* appellare eam placuit: anima enim forma est, corpus materia.

No. 5. Ideò autem Aristoteles cives omnes optimæ Reipublicæ suæ voluit esse partes formales h. e. imperantes, quia optimam Rempublicam cogitavit esse Democraticam, ubi imperium est penes cives.

No. 6. Dices: E. in illâ Aristotelis civitate nulli erunt agricolæ, opifices, mercatores, mercenarii &c, ut partes materiales. *Resp.* erunt, non autem

Quicumque vel ipsi vel ipsorum parentes plus contulerunt ad Rempublicam, illis plus debetur de imperio.

Atque hic divites potius ac nobiles, quam plebei subsumere de se possunt.

ANNOT. CXCIII. ad lin. ult.

Μέσος vocat Aristoteles.)

Lib. IV. Polit. cap. 3. non procul ab initio p. 239. τὰς πλεῖστας τὰς μὲν εὐπόρους ἀναγκάσιον εἶναι, τὰς δὲ ἀπόρους, τὰς δὲ μέσας.

ut cives simpliciter dicti, sed ut vel peregrini, vel incolæ, vel servi etiam Reipubl. Hæc fuit speculatio Aristotelis in Reipubl. ideali.

No. 7. Verum quoniam nos opifices quoque & reliquos, quibus nomen indidimus partium materialium, in Rebuspubl. actu existentibus, locum inter cives habere deprehendimus: igitur inter cives universos alios formali parti hujus corporis, h. e. animæ, alios materiali seu corpori comparavim⁹, & ita totam civitatem tanquam totū aliquod *essentiale* prædivisimus.

No. 8. Porro sive in integrales sive in essentielles partes civitatem sic divides, divisio fiet in partes sibi *dissimiles*: nam & anima corpori, & inter membra corporis pes oculo dissimilis est.

No. 9. Atque hoc voluit Aristoteles, cum dissimilitudinem civium urget, ut Lib. II. Pol. c. 1. p. 71. ἡ γὰρ γινεσθαι πόλις ἐξ ὁμοίων: & Lib. III. Polit. c. 3. p. 162. ἀδύνατον ὁμοίως εἶναι πάντας τὰς πολιτας. Et paulo post: ἐξ ἀνομοίων ἡ πόλις ὁμοίως ζῶν ἐν ἑαυτῇ ἐν ψυχῇ καὶ σώματι. καὶ ψυχῇ ἐν λόγῳ καὶ ὀρέξει.

No. 10. Locus *ἐναυποφανής* est Lib. VII. Polit. c. 8. p. 458. ἡ δὲ πόλις κοινωνία πρὸς ὁμοίων. Sed conciliabitur facile, si dicas: cives omnes inter se *similes* sunt puta quoad libertatem personalem; *dissimiles* quoad officia Reipubl. administrandæ, vel quoad genera vivendi.

ANNOT. CXCIV. ad lin. 29.

Populi ipsi dividendi possunt.)

Divisio hæc habetur apud Aristotelem Lib. VI. Polit. c. 7. ab initio.

ANNOT. CXCVI. ad lin. 31.

Suis locis.)

Quos vide Tab. XLV. & XLVI. utrobique in fine.

ANNOT. CXCVII. ad lin. 46.

Nova se ex Aristotele.)

Locus ejus est Lib. IV. Polit. c. 4. p. 249.

AD

AD TAB. XLII. De Republica.

ANNOT. CXCVIII. ad lin. 4.
Pro toto composito sumit & Bodinus.)

Definit enim per multitudinem familiarum. *Respubl.* inquit, *est familiarum rerum q̄ inter ipsas communium summā potestate ac ratione moderata multitudo*, statim in frontispicio Libb. de Republ. Similem definitionem tradit quoque c. 6. Method. Histor. p. 183. Effet igitur hæc definitio Reipubl. sumtæ pro tota civitate.

No. 2. At ipse tamen l. de Republ. c. 6. Rempubl. à civitate tanquam totum à parte distingvit. Verba ejus sunt f. 48. *Rempubl. ex pluribus civitatibus ac provinciis, que variis legibus ac moribus utuntur, constitui videmus; que tamen summā quadam imperii potestate coercentur.*

No. 2. Rursum c. 6. Method. Histor. Rempubl. facit genus civitatis, cum ait. p. 184. *Sequitur, Rempubl. eodem imperio desiniri; Civitatem aut imperio & jure; Urbem autem, que non solum imperiis ac legibus, verum etiam membris suis civibus complectitur. Itaque urbs vicus, civitas Pagos, interdum etiam Urbs & oppida, modo juris societate conjuncta: Principatus deniq; seu Dynastia, (utamur hoc verbo,) plures civitates, Republica denique velut genus, hæc omnia complectitur.*

No. 4. Satis igitur monstruosa est Bodini Respubl. qui civitati pro toto modo integrali, modo universalis est. Itaque non miror, quod ipse Lib. I. de Republ. cap. 1. ait, definitionem Reipubl. talis videlicet qualem ipse conceperat animò,) ab iis qui de Republ. scripserunt, prætermittam esse. Quis de tali monstro definiendo cogitaret? At verò Rempubl. pro forma civitatis acceptam utique definierat Aristoteles.

ANNOT. CXCIX. ad lin. 6.7.
Sumitur vel late vel strictè.)

Strictè usurpavit Förstnerus, cum in omissis notat ad Tacit. p. m. 6. sic scriberet. *Ex quibus constat libertati propius esse, & Reipubl. magis proprium omnes in universum cives, & sine distinctione armatos atque bellica rei peritos habere.*

ANNOT. CC. ad lin. 36.
Sed nos humanis non divinis.)

No. 1. Distinctionem sic explicare possis: Respubl. humana (*divina*) est, cujus leges positivæ immediatè feruntur ab homine (*DEO ipso*.)

No. 2. Divinæ Reipubl. seu *theōcratiæ* nul-

lum aliud exemplum est, nisi *Judaica*, de qua vide & Cunzum Lib. I. de Republ. Hebreor. c. I. p. 4.

No. 3. Huic loco illud etiam annexæ, quod observavit Do. Contingius animadvers. Polit. in c. 12. Principis Machiavelli p. 114. Principatum Pontificis sacrum seu Ecclesiasticam illam ejus quam vocant, Nonarchiam, diversi planè generis esse ab aliis usitatis in humano genere Principatibus.

ANNOT. CCI. ad lin. 57.
Juxta statum naturalem.)

No. 1. Cum duæ divisiones sint Reipubl. quarum unam vocamus *moralis*, quæ fit à fine seu formis moralibus in rectam & corruptam; alteram *numericam*, quæ fit ab imperantium multitudine seu formis numericis in Monarchiam, Aristocratiam & Democratiam: quæri solet: *utra ex his sit essentialis, utra accidentalis?* h. e. *utra fiat in justas species, utra verò in accidentia tantum?*

No. 2. Expediri hanc quæstionem interest, ut sciamus consequenter, quænam mutatio Reipubl. sit essentialis quænam accidentalis: seu quo in casu mutationis, Respublic. maneat eadem essentialiter vel non maneat?

No. 3. Hic in essentias planè contrarias abeunt Authores, *Moralis* divisionem pro *essentiali*, *numericam* pro *accidentali* habent Scherbius Comment in Polit. Aristot. p. 125. 126. & Piccartus ibid. pag. 385. 387. 409. imprimis autem in Philosophia Altorfinâ p. 308. 309. Contra *numericam* pro *essentiali* *moralis* pro *accidentali* Slevogt. Disp. de civitate formalit. consider. th. 18. p. m. 807.

No. 4. Utraque sententia rectè se habet, sed in diversis statibus *Prior* vera est, si in statu *naturali*; *posterior*, si in *legali* rem consideres.

ANNOT. CCII. ad lin. 47.
In utroque statu.)

Vide Annotat. CLXXXVII.

ANNOT. CCIII. ad lin. 50.
Per dictionem.)

No. 1. Reipubl. ex numero imperantium æstimatæ tres sunt species: *Monarchia*, *Aristocratia*, *Democratia*.

No. 2. Ad has species per *dictionem* procedere possumus bifariam. *Primo* si incipiamus à *Democratia* hoc modo: Imperium est aut penes omnes, ut in *Democratia*, aut non omnes: & tum vicissim vel unò plures imperant, ut in *Aristocratia*, vel unus solus, ut in *Monarchia*. *Deinde* si uni-

si initium ducamus à *Monarchiâ* hâc modo, Impe-
rium aut penes unum est, ut in *Monarchia*, aut penes
plures unô : & tum vicissim vel penes omnes, ut in
Democratiâ, vel non omnes, ut in *Aristocratiâ*.

No 3. *Prior* modus aptus est statui *naturali*,
servaturque ab Aristotele, *posterior legalis* con-
veniens, recentioribus fere usurpatur, & in

his Hobbesio c. 7. de cive no. 1. p. 119. Nempe
Status naturalis à *Democratiâ*, legalis à
Monarchia, tanquam optima Rep. incipit.

ANNOT. CCIV. ad lin. 65.

Machiavellista.)

Repete, quæ diximus Annot. CXLVI. no. 6.



AD TAB. XLIII.

De Republica simplici & mixta.

ANNOT. CCV. ad lin. 15.

Formam & modum administrandi.)

No. 1.

Republ. simplex (*mixta*) ex parte
formæ & modi administrandi in-
genere est, quando eadem (*non eadem*) est
forma Reipubl. qui modus eam admini-
strandi.

No. 2. Et quia modus administrandi
magis in currit in oculos, quam forma ipsa
interna, ideo eum formam quoque *externam*
voca mus in sequentibus.

No. 3. Solet autem de modo admini-
strandi judicari & interdum ex eo, quod vel
absolutem dominium imperantes habent,
vel obligati sunt ad leges fundamentales
præscriptas. Ideo nobis simplicitas vel
mixtura consideranda in hoc genere fuit
aliqua etiam ex parte legum.

No. 4. Mixturam autem istiusmodi vo-
cavimus mixturam *pacti*, quia leges funda-
mentales comprehendunt pacta quædam
imperantium cum subditis.

No. 5. Tale pactum ubi nullum habetur,
sed omnis administrandi ratio liberrimæ
imperantium voluntati relicta est, ibi certô
modô simplicem esse Reipubl. necesse
est, quia modus administrandi simpliciter
fluit ex arbitrio imperantium non partim
ex arbitrio illo, partim ex pactis funda-
mentalibus.



AD TAB. XLIV.

De Regno & Tyrannide.

ANNOT. CCVI. ad lin. 65.

Negant, quidam, dari posse Reipubl. mixtam.)

No. 1. In illa celebri controversia: *deturne*
Respublica mixta? vera est haut dubiè affirma-
tiva, sed negativa accommodatior est Ma-
chiavellistis: unde & eandem Hobbesius
defendit c. 7. de cive art. 4. Nec omnes ta-
men, qui eam defendunt, statim Machiave-
listas dixerim. Multi enim ipsi, quid defen-
dant, præ tenebris, quæ hîc misceri solent,
non fati habent compertum.

No. 2. Ad eas verò depellendas tenebras
duo sunt precipue observanda. *Primum* in
quæstione ipsa, ut status controversiæ re-
ctè percipiatur, ubi facillimus lapsus est
propter magnam ambiguitatem in vo-
cabulo *mixtæ* Reipubl. Quæ in resædissi-
mam multarum mixtionum confusionem
apud quosdam, ut apud Bodinum, reperi-
as. *Alterum* in medio termino, ut ex veris
fundamentis deducatur, contraque negan-
tes defendatur, Majestatem per partes esse
divisibilem. De priori hac Tabula solliciti
fuimus: de posteriori quæremus Tab.
XLIX. membr. 3.

ANNOT. CCVII. ad lin. 64.

Per Sophisma Politicum.)

De talibus Sophismatibus agit Aristote-
les Lib. IV. Polit. c. 1. 13. Tractatio verò ipsa
est doctrinæ de Ratione Status.

ANNOT.

ANNOT. CCVIII. ad lin. 12.

Divisione in gradus possibiles.)

No. 1.

Divisiones in gradus possibiles reperiantur cum in hac, cum in duabus seqq. Tabulis, (quas simul hac Annotatione illustrabimus. Depromptæ sunt omnes ex Aristotele. Et divisiones quidem Regni ac Tyrannidis peti possunt partim ex lib. III. Polit. c. 10. 11. ubi quatuor species Regnorum, partim ex Lib. IV. Polit. c. 10. ubi tres species Tyrannidis describuntur, partim ex Lib. V. Polit. c. 11. p. 369. ubi Tyrannus dividitur in occultam & manifestam.

No. 2. Quin *Heroica* & *Laconica* Monarchia Regnis, non verò Tyrannidibus accenseri debeat, non est dubium. De *Æsymneticâ* & *Barbaricâ* dubios ipse nos reddit Philosophus, dum eas alibi Regnis alibi Tyrannidibus annumerat, quod jam monuimus theor. 3. Tab. præced.

No. 3. Causa, cur ipse sic variaverit, est, quia regna illa mixturam quandam habent Monarchiæ rectæ & corruptæ, sive Regni & Tyrannidis. Et *Tyrannidem* quidem sapiunt propter potentiam tantum Regum, quæ tanta est, ut cives, saltem iis in rebus, quæ à legibus non definiuntur, sint mancipia imperantium; *Regnum* vero, quia certis legibus (leges enim tendunt in bonum publicum) circumscripta est illa, alioquin plane effrenis futura potentia.

No. 4. Huc pertinent verba Philosophi de utraq; Monarchia Lib. IV. Polit. c. 10. p. 268. ἦσαν ἢ ἄλλο μὲν πρὸ κατὰ νόμον βασιλικῆς ἢ ἄλλο τὸ μοναρχεῖν ἐκόντων τυραννικῆς ἢ διὰ τὸ διαποικίως ἀρχεῖν καὶ κατὰ πλὴν αὐτῶν γνώμῳ. In specie de Regno Barbarico Lib. III. Polit. c. 10. p. 209. πικρὰ ἔστιν ἡ ἀλλο μοναρχίας εἶδος, αἱ γὰρ ἐνίοις εἰσὶ βασιλείαι ἢ βαρβαρίαι. ἔχουσιν δ' αὐταὶ τὴν δύναμιν πᾶσαι παραπλησίαι τυραννικῆς, εἰσὶ δ' ὅμως κατὰ νόμον καὶ κατεργαί. De Regno *Æsymnetico* verò ibid. p. 10. ἔστι ἢ τῆς, ὡς ἀπλῶς ἐπιπλήαιρετή τυραννίς. Et pag. seq. αὐταὶ μὲν ἐν εἰσὶ τῶ ἢ ἦσαν, διὰ μὲν τὴν τυραννικὴν εἶναι, δεσποτικῆς, διὰ δὲ τὸ αἰεστῆ καὶ ἐκόντων βασιλικαί. quanquam video, hunc locum ultimum à Giphario p. 386. trahi ad Regnum etiam Barbaricum.

No. 5. Jam cum in hac descriptione necesse haberemus, illas duas Monarchias ad certam unam speciem referre, ad Tyrannidem maluimus hanc ob causam, quia hoc pacto divisio Monarchiæ similissima redditur divisionibus capitum duorum, seqq. ubi semper Rempubl. corruptam subdividimus (ipsius quoque Aristotelis vestigia sequentes) in legibus obstrictam & exlegem.

No. 6. Ubi observa, quæcunque Rempubl. corruptæ, legibus tamen certis publicis se submitunt, eas hoc ipso mixturam aliquam rectitudinis habere, adeoque medium quendam statum inter optimam possibilem & pessimam obtinere, E con-

trario verò exleges illæ sunt corruptissima, eamq; ob causam merentur vocari *Despotica*, & quidem κατ' ἐξοχὴν ac sensu speciali magistræ proprio.

No. 7. Alias in sensu generali quælibet Rempubl. corrupta, salutatur Aristoteli *Despotica* seu *Ævolis*, hanc videlicet ob causam quia ut in societate herili Dominus quærit primario utilitatem suam, per Tab. XXXV. Membr. 5. sic de essentiâ corruptæ Rempubl. est, ut Imperatores primario querant commodum privatum, per Tab. XLII. lin. 25. Clartia in hanc rem sunt Aristot. verba Lib. 3. Pol. c. 4. in fin. Φανερόν τινόν ὡς ὅσαι μὲν πολιτεῖαι τὸ κοινὴ συμφέρον σκοπεῖται, αὐταὶ μὲν ὅρθαι τυγχάνουσιν ὅσαι κατὰ τὸ ἀπλῶς δικαίον: ὅσαι ἢ τὸ σφέτερον μόνον τῶν ἀρχόντων μαρτυρεῖται πᾶσαι ἢ παρεμβάσαι τ' ὅρθων πολιτειῶν δεσποτικῆ γὰρ.

No. 8. Ergò cum Rempubl. corrupta & Despotica sint Synonyma, sequitur Synonyma quoq; esse *Tyrannidem* cum Monarchiâ despoticâ, & *Oligarchiam* cum Rempubl. paucorum Despoticâ & *Democratiam* cum populari Despoticâ in genere quidem, Nam in specie κατ' ἐξοχὴν pessimæ quæque solent Despoticæ nominari.

No. 9. E. distis jam facitè est decidere quæstionem: *an tres sint Monarchiæ species, Regnum, Dominatus seu imperium Despoticum, & Tyrannis*: Sic autem dicendum videtur: Sicut in genere Rempubl. à formis moralibus dividitur in duas tantum species, rectam & corruptam, quod & in specie circa Rempubl. paucorum & popularem, observatur, (utriusq; enim species primæ duæ tantum, non plures statuuntur, illius quidem Aristocratia & Oligarchia, hujus verò politia & Democratia;) sic nulla causa est, cur solam Monarchiam in tres species ex eodem fundamento morali dividamus. Maneant ergò duæ *Regnum* & *Tyrannis*.

No. 10. Quòd si maximè tertio loco adungere volumus aliquam ex Regno & Tyrannide mixtam, satius est tamen ejusmodi mixtam per modum subdivisionis *Tyrannidis* subungere, ut Tyrannidum alia sit *moderata*, alia *extrema*; illa legibus certis parens, hæc ab omnibus soluta legibus; illa saltem in quibusdam; hæc nullibi commodi publici observans.

No. 11. Et in hunc modum ipse Bodinus, qui alias recentioribus illam trimembrem divisionem Monarchiæ primus prævisse videtur, commodam interpretationem accipiet. Tametsi enim Lib. II. de Republ. c. 2. f. 189. aperte profitetur Monarchiam omnem in tres quodammodo formas tributam esse; tamen si formarum illarum descriptiones accuratè intuemur, & ea negligimus, quæ ap. Bodinū a bonæ divisionis legibus exerrant, id ad extremum velle videtur, Monarchiam omnem subditis suis aut patrem se præbere aut *Dominum benignum*, aut *Dominum crudelem*. Cur autem non liceat sic potius dicere: Monarcha quilibet subditis aut pater est aut Dominus: Dominus aut benignus aut crudelis?

Sane vulgò etiam pietati paternæ hæc in re opponerentur Dominicam potentiam ut observat Heraldus ad Tertulliani Apologet. p. 130.

No. 12. Sed age, patiamur Monarchiam describi in tres formas, duas extremas Regnum & Tyrannidem, pessimam puta, & unam intermediam, quam Bodinus Dominatum appellavit, recentiores quidam Græcâ periphrasi Monarchiam despoticam: duo tamen adhuc monenda sunt: unum circa nomen, alteram circa rem ipsam.

No. 13. Ad nomen quod attinet, non satis aptum est, Aristotelis quidem doctrinam sequi volentibus nomen seu *Dominatus* seu imperii *Despotici*. Aristoteles enim id vocabuli aut peculiari notionem extremè corruptis potius quàm mediis formis, aut in genere corruptæ cuius accommodat. Itaque Lib. III. Polit. c. 5. p. 177. ἡ ὑπερβολὴ, inquit, ἡ ἀναρχία δεσποτική. Vid. & Herald. l. d. p. 128. qui & p. seq. observat etiam Latinis dominationem poni pro asperâ illa & Tyrannicâ imperandi ratione, ac Bodinus quidem de Aristotele parum laborat. Debebant igitur hoc observare illi, qui periphrasi

tici esse hic volunt, aut saltem non relinquere inobservata ea, quæ supra hanc in rem monuimus no. 7. & 8.

No. 14. Ad rem ipsam verò quod addinet, quæ Monarchiæ tres species ita constituunt, debebant item quoque facere (quod tamen neglectum ab illis videas, in Republ. paucorum & populari: omnium enim rerumpublicarum hac in re par est ratio. Id quod agnovit ipse quoque Bodinus, cum expressè ait d. 1. eadem distinctio ad Aristocratiam & Democratiam adhiberi potest. Qui etiam de Aristocratiâ hoc exsequitur c. 6. init. Itaque saltem Bodinum excipere, si animum advertisset, poterat Paulus Badius cum Lib. II. de Republ. c. 3. p. 53. scriberet: *est in hac re à Politicis, quantum quidem nobis constat, omnibus peccatum, quò Dominatum solum considerant in persona unius.* Imò verò excipere poterat Aristotelem quoque cum omnibus ejus legitimis interpretibus: despotica enim Aristotelis Oligarchia vel Democratiâ nihil est aliud, quam Dominatus paucorum vel populi.



AD TAB. XLV. De Aristocratiâ & Oligarchiâ.

ANNOT. CCIX. ad lin. 35.

Paucos hic intellige.)

No. 1.

Notandum hoc fuit propter Bodinum, qui usitatam hæc Aristotelis doctrinam absq̃ urgente necessitate deseruit. Cujus opinio maxime colligi potest ex VI. de Republ. l. & 6. f. 174. 175. 1. 2. 218. ubi aliquid novat non modò circa divisionem ex formis numericis, sed etiam ex moralibus.

No. 2. Res sic habet: *Ex moralibus* formis dividitur Respubl. in rectam & aberrantem; *ex numericis* in Respubl. unius, paucorum & popularem. Hæ duæ divisiones, si in se mutuò ducantur, prodeunt species Rerumpubl. in universum sex, rectæ nimirum tres, corruptæ totidem.

No. 3. Jam quod ad divisionem *ex moralibus* formis attinet, eam planè abjicit Bodinus, unde in universum tres illi tantum species Rerumpubl. è numericis scil. formis debucæ, relinquuntur: quarum singulæ nullo discrimine tantom rectam pariter & corruptam eodem nomine designant. Verba ejus sunt f. 174. *Si rerumpublicarum formas bonorum & malorum finibus & virtutibus ac vitiis metimur, infinitas esse comperiemus. At in rebus omnibus apud recteque deservientis ipsarum vim ac naturam, non que cuique extrinsecus accidunt, inmereri oportet.* Et f. 175. *Cum igitur ea, que rebus singulis accidunt, illarum vim ac naturam hincque*

propriam non mutant: tria tantum Rerumpubl. genera, Monarchiam, inquam, Aristocratiam, & Democrati- am constituamus. His similia leguntur f. 217. Duabus igitur præcipue ex causis impugnat illam ex formis moralibus seu finibus divisionem: (1.) quia sic futuræ sint species infinitæ: (2.) quia virtus ac vitium accidant speciebus Rerumpubl. & non sit de earum essentia.

No. 4. Verùm Respondeo ad 1. negando species fore infinitas, quia fines ad quos respicere solent imperantes, non sunt infiniti, sed duo tantum, nempe commodum *publicum & privatum.* Unde ex hoc fundamento duæ tantum oriuntur species. Quanquam autem virtutum ac vitiorum numerus aliàs valdè magnus est, quem & infinitum appellare possis cum Bodino, si hyperbolicè loqui velis: tamen hoc in argumento virtutis nomine tantum intelligitur illa prudentia, quæ imperantes publicum bonum promovere & possunt & volunt, per ea, quæ diximus Tab. XLI. * 2. & 4. & vitii nomine talis prudentiæ oppositum. Unde vicissim non nisi duæ species emergunt.

No. 5. Resp. ad 2. virtutem & vitium non esse de essentia specificâ Rerumpubl. nego, si de statu naturali sermo est, si de legali, concedo quidem, per annot. CCI. no. 4. sed inde non sequitur, divisionem hanc planè nullam esse, sed tantum non esse essentialem, verùm accidentalem, quod causæ præsentis nihil officit.

No. 6.

No. 6. Imò vero (quæ responsio est κατ' ἀνθρώπων, & utriusque argumento simul opponi potest) agnovit hoc ipse Bodinus, dum monarchiam juxta ac cæteras duas species subdividit in tres formas, Regiam puta, Dominatum & Tyrannidem, ut vidimus Annot. præced. Quæ tres formæ si ita recipiantur in singulis, dabunt in universum pro sex speciebus species novem, sin autem contrahantur, per ea, quæ no. 11. Annot. præced. docuimus, illas ipsas sex species reddent nobis.

No. 7. Itaque Bodinianæ sententiæ hic esse exitus ad extremum videtur: Divisionem numericam ut essentialem præmitti, moralem vero, ut accidentalem, per modum subdivisionis subungi debere. Atque hoc statum *legalem* persequentibus accommodum videtur, sicuti contrarium statui *naturali* aptius est per Tab. XLII. theor. 3. Verum Bodinus, qui duos istos status distinguere nunquam didicerat, in hac disputatione tam perplexus est, ut ipse sibi, si extrema ejus cum primis compareremus, adverteretur.

No. 8. Venio ad divisionem e formis *numericis*. Ubi Bodinus, quæ ad *qualitatem* imperantium attinet, existimat, de virtutibus pariter ac divitiis, aliisque bonis planè tacendum esse ne sc. Rerumpubl. *infinitatem* statuamus: quod ad *quantitatem* vero, essentialiam Rerumpubl. constituit præcisè in numero Imperantium, nullò plane bonorum animi, fortunæve habitò respectu. Numerum vero illum in Aristocratiâ & Democratiâ determinat ex paucitate vel multitudine imperantium sumtâ cum respectu ad cives non *universos*, sed *subditos tantum*. Verba ejus sunt f. 174. *Si de multis eligantur pauci, quò aut generis splendore, aut opibus, aut sapientiâ, aut justitiâ, aut belligerandæ scientiâ, aut aliis virtutibus aut etiam vitiis præstent, summè abiles Rerumpubl. formæ excipiuntur.* Et f. 175. *Democratiâ, (desiniemus) cum omnes aut major pars omnium civium simul collecta summum Reipubl. imperium habet. Aristocratiâ, cum pauci quibusdam civibus in reliquos summam jus est.* Et fol. 28. *Sive igitur optimi, sive flagitiosissimi, sive divitissimi, sive nobilissimi, sive egestissimi, sive bellicosissimi summum imperium teneant, modo civium pars minor exsteterit, Aristocratiâ appellemus.*

No. 9. Verâm quod ad *qualitatem* imperantium seu dignitatem civilem attinet, Resp. Bodinum Aristotelis mentem, contra quem disputare nititur, plane perverdere. Nec enim docemur in Aristotelica Philosophia, vel virtutes & divitias eodem loco habere, sed habemus pro distinctis dignitatibus civilibus; vel duobus his addere etiam vitia. vitiorum enim contemplatione nemo eligitur ad imperandum, vel species Rerumpubl. tot constituere, quot sunt species virtutum aut bonorum fortunæ. Unde cadit ejus argumentum de *infinitate* Rerump. quod & ante labefactavimus.

No. 10. Quod autem ad *quantitatem* imperatorum attinet, bis peccat Bodinus. *Primò* enim per-

peram separatur illa quantitas ab omni qualitate: siquidem in nullâ Reipubl. uni paucis aut universis præcisè deferatur imperium ex eo, quia sunt unus pauci aut universi, sed quia uni isti, aut paucis aut universis adheret aliqua dignitas civilis sive naturalis ea sit, sive legalis. Enim verò cum in omni Reipubl. sit quædam universitatis civium, cui vel toti, vel parti ejus aliquem numerum adhuc habenti, vel uni soli personæ majestas credi possit, necesse est ut hæc controversia dirimatur non ex numero præcisè (alias omnes Reipubl. Democráticas habebimus,) sed ex aliqua dignitate civili, quæ vel in universos æquè cadat, vel in paucos, eximie etiam in unum solum. Sed Bodino errandi occasionem illud videtur præbuisse, quod oculis ad statum *legalem* conversis, quod ibi primò se obrulit, id putavit alterò planè exclusò assumendum esse, præsertim qui status naturalis legalisque discrimen ignoraret. Quod Arnisæo quoque contigisse video, qui cum sit alias defensor Aristotelis satis strenuus; eum tamen hic deserit & sentit cum Bodino lib. I. Polit. c. 7. p. 148. & seqq.

No. 11. Pugnat autem hæc Bodini sententia non modò cum sanâ ratione, sed etiam cum judiciis vulgi. Nemo enim tam desipit, ut Aristocratiâ vocet, si plebeji imperent, esto quòd à subditis suis numerò vincantur; aut Democratiâ, si nobiles ac potentes, esto, quòd subditos suos numerò vincant, imò contra sic persuasum est omnibus, si modò vel uni plebejo leges Reipubl. fundamentales unâ cum optimatibus deferant aliquam imperii partem, jam esse aliquam Democratiæ Reipubl. mixturam.

No. 12. Atque hic unus fuit error Bodini. *Alter* in eo ponitur, quòd paucitatem illam ac multitudinem imperantium comparavit cum solis subditis, non cum civibus universis. Quem quidem errorem diluere possumus vel κατ' ἀνθρώπων, vel κατ' ἀλήθειαν ex absurdo.

No. 13. κατ' ἀνθρώπων. Ponit enim Bodinus non nisi tres Reipubl. species. Atqui ex hoc fundamento debebat quinque ponere, si sc. imperet 1. unus. 2. omnes 3. si plures imperent, quàm subsint, 4. si pauciores, 5. si numerus imperantium numerum subditorum exæquet. Tale quid non metuendum est nobis doctrinam Aristotelis sequentibus. Inter unum enim & omnes si mediò loco interponas paucos, & ita explices, qui nec unus sunt nec omnes, sive subditi sint numerò plures, sive pauciores, sive æquales: nihil dabitur quartum aut quintum.

No. 14. Imò verò inquires fortassè, cogetur Aristoteles quartam admittere Reipubl. siquidem numerum imperantium cum qualitate eorundem seu dignitate civili copulare nos jubet. Democratiâ enim, in quâ sc. soli plebeji imperant, nec est Monarchia, nec Reipubl. paucorum quod conceditur, neque tamen est omnium seu popularis, quia non omnes imperant, quod in solam Politiam

ANNOTATIONES

seu popularem bonam cahit. E. erit quaedam quarta Respubl. Verum Resp. pertinet omnino Democratia ad Remp. popularem seu omnium. quoniam Aristoteles nomine dignitatis civilis, ad quam unicè hic respicit, intelligit libertatem omnibus civibus communem. Quòd autem nihilominus hòc prætextu præ omnibus imperant soli plebeji, id est ex eventu, & in eo Democratia habet aliquid peculiare. Vid. Tab. seq. lin. 14.

No. 15. *Var. dicitur* autem Bodino potest ostendi hoc absurdum. Sequeretur enim, si v.g. demus 10000. civium, ex quibus 4999. imperent, reliqui 5001. subsint, hac Bodinianam Aristocratiam unicò momentò converti in Democratiam, si forte tres subditi superstitibus imperantibus omnibus moriantur, æt hòc pacto sola mors jam ex imperantibus, jam ex subditis plures auferens, mutare Respubl. illas poterit; quod planè ridiculum est.

ANNOT. CCX. ad lin. 45.

Divisiones in gradus possibiles.)

No. 1. Species Aristocratia quare ap. Aristotelem lib. IV. Polit. c. 7. Oligarchia ibid. c. 5.

No. 2. Circa Aristocratiam adhuc nota, quod Aristoteles quidem quatuor ejus numeret species sed prima, quæ tantum idealis est; omitti à nobis hic debuit, qui de possibilibus sumus solliciti.

No. 3. Possibiles autem omnes habent aliquam mixturam recti & corrupti. Et rectè quidem sunt.

tuas propter causas: primò quia legibus sunt obstrictæ, id quod in omnibus possibilibus rectis præsupponitur: deinde quia in electione Magistratum habetur ratio etiam virtutis. Corrupte verò aliqua ex parte, quia præter virtutem ratio habetur quoque vel divitiarum, vel libertatis personalis, h. e. status plebeji, vel utriusque. Quod sic intellige, legibus fundamentalibus cautum esse, ut, qui eliguntur, non modò sint idonei per suas virtutes, sed etiam sint vel ex optimatibus solis, vel solis plebejis: vel partim ex optimatibus, partim ex plebejis seu in eodem magistratus genere seu in diversis.

No. 4. *Queres.* cur hæ species Aristocratia, cum aliquam habeant corruptionem, non annumerentur Oligarchiis? *Resp.* quia corruptio non est tanta, quanta in Oligarchiis Nam Oligarchia Despotica plane est corrupta absque mixtura bonitatis, priores verò tres Oligarchia species, etiam si aliquam habent mixturam bonitatis ex eo, quòd sint adstrictæ legibus; tamen carent alterà illà mixturà, quam in Aristocratia deprehendebamus, h. e. in constituendis magistratibus nullum planè virtutis & idoneitatis habent rationem.

ANNOT. CCXI. ad lin. 57.

Regio, quæ equatur.)

Vide Aristotelem Lib. VI Polit. c. 7.



AD TAB. XLVI. De Politicâ & Democratia.

ANNOT. CCXII. ad lin. 7.

Status possibilis aptior est, quam idealis.)

Quia *Tyrannia*, unde est vocabulum *τῆς Τυραννείας*, (sic enim legendum in textu non *δημοκρατίας*) inter alia significat etiam pretium seu censum. Habetur autem in secundâ specie Politicæ possibilis divitum non minus, quam plebejorum ratio.

ANNOT. CCXIII. ad lin. 27.

Divisione in gradus possibiles.)

No. 1. Ubi Politicæ species reperiri ap. Aristotelem possunt, diximus *. 1. Democratia verò species querenda sunt lib. IV. Polit. c. 4. & 6. Ubi nota priore loco ab Aristotele quinque, posteriore tantum quatuor species Democratia recenseri, & rem ipsam obscuriusculè proponi. Quâ in obscuritate nos id secuti sumus, quod concinnissimum videbatur ad comparandas species Democratia cum speciebus Oligarchia & Tyrannidis.

No. 2. Quod in Politicâ secunda dicimus de æquatione divitum & pauperum *geometrica* & in

in Democratia tertiâ de sententiis secundum proportionem *arithmetica* numerandis, sic intellige. Vix aliter evenit, quam ut in Republicâ major sit pauperum numerus, atque divitum. Pone igitur in multitudine civium 10000. pauperum esse 8000. divitum 2000. si tam pauperes quam divites describantur in classes, seu tribus 25. & unicuique tribui non nisi unicum detur suffragium, servabitur proportio *geometrica*, divitesque pauperibus æquabuntur. Ac verò si non tributum, sed viritum ferantur suffragia, singulis videlicet civibus integri suffragii jus habentibus, fieri non poterit, quin pauperum suffragia, quotiescunque imple velint, plura sint futura: & hoc vocamus proportionem *arithmetica*. Atque hinc fit, ut in tali Reipubl. specie, licet omnes imperare videantur, revera tamen imperent soli pauperes seu plebeji, ut diximus *. 3. different 1.

ANNOT. CCXIV. ad lin. 47.

Populum ex agricolis.)

Vide Aristot. lib. IV. Polit. c. 4. & 7.

Ad



AD TAB. XLVII. De Comparatione Rerumpubl. cum Societatibus Domesticis.

ANNOT. CCXV. ad lin. 5.

Comparatur in genere quævis res.

Repete quæ diximus Annot. CCVIII. n. 7. 11. 13.

ANNOT. CCXVI. ad lin. 55.

Comparatur in specie Regnum.

Has comparationes vide apud Aristotelem, imprimis lib. VIII. Nic. c. 10. & 11. Aliquid etiam habes lib. I. Polit. c. 8. p. 52.

ANNOT. CCXVII. ad lin. ult.

Ab Aristotele jam Aristocratiæ, jam Politicæ confertur.

No. 1. Loci ejus sunt lib. VIII. Nicom. cap. 10.

p. 345. ἀνδρὸς ἢ καὶ γυναικὸς (κοινωνία) ἂν ἴσῃ καὶ φαίνεται. Et lib. I. Polit. c. 9. non potest ab initio, καὶ γὰρ γυναικὸς ἀρχὴ (ὁ ἀνὴρ) καὶ τέκνων, ὡς ἐλευθέρων μὲν ἀμφὲν ἔχει αὐτὸν ἢ πρόπον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ γυναικὸς μὲν πολιτικῶς, τέκνων ἢ βασιλικῶς.

No. 2. Aristocratiæ hæc intellige eam, quam Tab. præced. vocavimus primam, in qua & diviti



AD TAB. XLVIII. De Majestate.

ANNOT. CCXVIII. ad lin. 9.

Hugoni Grotio.

Quem vide Lib. I. de jure belli c. 1. no. 6. & c. 3. no. 6.

ANNOT. CCXIX. ad lin. 11.

Libertas civilis.

No. 1.

Distinctionem libertatis in personalem seu domesticam, & civilem proposuimus jam supra Annot. CLXX. no. 2. & utrumque no. seqq. subdivisimus in summam & subordinatam.

No. 2. Hic notamus, subdivisionem illam esse analogi in sua analogata. Quorum nobilissimum est libertas summa; subordinata enim illa mixturam habet aliquam servitutis, quoniam imperat quidem interioribus five in domo, five in Republ. servit tamen nihilominus ei vel eis, qui habent libertatem summam, qui in domo est Paterfam. in Rep. persona una, pluresve, habens majestatem.

& plebejo cuilibet juxta virtutem suam summus assignatus est Magistratus. Similem in modum, ut expresse habetur in Ethicis. Vir pro eo, in ipso dignum est, imperari, in usque adeo rebus, in quibus usum oportet imperare; quæ vero mulier conveniunt, ei permitti. Habet enim se femina ad virum ut plebej ad optimates.

No. 3. Jam quia talis Aristocratiæ magnam habet cognitionem cum Politicæ, in qua similiter divites & plebej exæquantur, per Tab. XLVI. lin. 35. ideo imperium Viri in majorem Politico etiam seu populari comparari meruit. Nullius enim societatis domesticæ personæ magis sibi sunt æquales, quam conjugalis. Interim tamen hic est aliqua etiam dissimilitudo (sicut omne simile claudicare solet) quod non, ut in populari Republ. sic in societate conjugali quoque imperium est ambulatorium; sed suam eminentiam retinet vir perpetuo; id quod ipse Aristoteles in loco Politicorum agnovit.

est, quam ipsa Majestas, quæ hanc ob causam vocatur etiam simpliciter Libertas civilis. Itaque & Grotio Lib. I. de jur. bell. c. 3. n. 23. summum imperium & libertas civilis sunt Synonyma. Qui & no. 12. ejusdem capituli adeundus est de distinctione Libertatis in personalem & civilem.

No. 4. Cæterum natura Majestatis optimè intelligi potest ex comparatione libertatis domesticæ summa, quam habet in domo Paterfamilias; Nam quod Paterfamilias est in domo & extra, id est Rex (commodissimum enim est uti exemplò Majestatis Monarchicæ) in Republ. & extra.

No. 5. Igitur primo sicut Paterfamilias, ita & Rex summam habet potestatem, non modò in personas, sed etiam in res suæ societatis. Conf. lin. 20. hujus Tab.

No. 6. Secundo sicut Paterfamilias extra domum æqualis est aliis patribusfamilias, habetq; potestatem cum illis liberè contrahendi, emendi, vendendi.

ANNOT. CCXX. ad memb. 5.

Modus considerandi duplex.)

No. 1. Fundatur hæc distinctio in duplici respectu, quem quælibet libertas habet, uno videlicet *intra*, altero *extra* societatem suam considerata, de quo jam monuimus Annot. CLXX. no. 5. Imò hæc distinctio cuilibet societati applicari potest.

No. 2. Ita Plato applicuit, eam civitati, Lib. IV. de Republ. f. 637. *Estne aliqua scientia inquit, in civitate, qua ratione & ipse erga seipsum & alias civitates optime se segetat?*

No. 3. Cæterum ex eodem fundamento distinguimus Tab. seq. Membr. 4. ipsa quoque *Regalia* tanquam particulas Majestatis in *immanentia* & *transcendentia* seu *disqui*parentiæ & *æqui*parentiæ. Quam distinctionem omnium primò protuli in disputatione de potestate Legis. Ao. 1654. habita, th. 23. 24. Ex quo tempore comperi, eandem quoque aliis placuisse. Ad eam declarandam facient, quæ Annot. præced. no. 5. & 6. dicta sunt.

ANNOT. CCXXI. ad lin. 39.

Uti Grotius definit.

Lib. I. de jure belli c. 3. no. 7. ab initio.

ANNOT. CCXXII. ad lin. 41.

Exponi ab aliis videntur.)

No. 1. Ita exponunt Wendlerus Lib. II. philosoph. Pract. Sect. 2. c. §. 2. p. 352. 353. Cellarius Lic. II. Polit. c. 7. §. 13. p. 178. alique.

No. 2. Sed nescio annon in illâ Aristotelicâ definitione Majestatis, quæ legitur lib. III. Polit. c. 4. non procul ab initio, vox *πανταχῆ* aliter exponi debeat: ut sensus sit, Majestatem esse summam civitatis potestatem ubiq; i. e. in qualibet forma Reipubl. sive sit ea Monarchica. Sive Aristocratica, sive Democratica. Svadent hoc verba sequentia: Statim enim addit. *λέγω δὲ οἷον ἐν μὲν ταῖς δημοκρατίαις κύριον ὁ δῆμος ἐστὶν ὁλίγοι τεναρτίον ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις.* Atque hoc sensu videtur etiam Grotius accepisse vocem *ubiq;* cum ait Lib. I. c. 3. no. 8. *Resicienda est eorum opinio, qui ubique & sine exceptione summam potestatem esse volunt populi.* Ubique i. e. in omni Reipubl. formâ.

No. 3. *Regeres* si hanc expositionem admittimus, duo sequi incommoda: primo, quod vox *πανταχῆ* fit plane abundans. Cum enim Majestas sit quasi cujuslibet Reipubl. anima, per se planum est, quod ea in quavis Reipubl. specie reperiatur: *Secundo*, quod nihil adfit in Definitione, unde intelligamus, definiri Majestatem plenam, atque atque sic definitio hæc simul erit deficiens quoque.

AD TAB. XLIX.

De Divisione Majestatis in partes.

No. 4. *Resp.* ad *primum* non esse insolens Aristoteli ut definitionibus, addat quædam melioris intelligentiæ causâ, quæ aliâs omitti poterant. Quod autem in hac ipsâ definitione factum hoc fuerit, ostendi potest ex c. 5. ejusdem Lib. III. polit. p. 175. ubi definitionem Majestatis repetens vocem *πανταχῆ* omittit *πολιτικῆν*, inquit, *ἢ τὸ κύριον τῆς πόλεως.*

No. 5. Ad *secundum* responsio peti potest ex distinctione, quam proposuimus in ipsâ Tabulâ. Dicemus enim, voluisse Aristotelem definire Majestatem cum indifferentiâ ad plenam & non plenam. Et sic nihil deficiet.

ANNOT. CCXXIII. ad lin. 47.

Cave autem hic cum Monarchomachis.

Quæstionem hanc contra Monarchomachos recte & solide expedit Grot. I. c. 3. no 8. è quo & nostra hic contraximus.

ANNOT. CCXXIV. ad lin. 55.

Relinquere se dicunt Majestatem personalem.)

No. 1. Vulgatissima est distinctio Majestatis in *realem* & *personalem*, sed ea aliter exponitur à Monarchomachis, aliter à rectè sentientibus.

No. 2. *Monarchomachi* sic eam exponunt, quasi esset divisio *realis* duarum sc. in quolibet Reipubl. *realiter* à se invicem distinctarum Majestatum: quarum *realis* semper sit ac maneat penes totum populum; *personalis* verò sit penes personas imperantes. Porro dicunt *realem* esse *personali* majorem, ita ut personæ Majestati *personali* præditæ à populo tanquam habente Majestatem *realem* in quavis Reipubl. formâ jure possint suâ iterum majestate exui.

No. 3. Hæc interpretatio falsissima est, siquidem distinctionem, quæ reverâ sic exposita, est nominis æquivoci, venditat pro divisione rei, Majestas *personalis* ita, ut *Monarchomachi* fecerunt explicata æquivocè majestas est, non enim sic est potestas summa, sed subordinata. Summa potestas & plena in quolibet Reipubl. non nisi unica esse potest.

No. 4. Quæ cum ita sint, *vera* divisionis hujus, si eam nolumus esse distinctionem æquivoci, expositio erit, si dicamus, eam esse unius ejusdemque rei in duos *conceptus* vel respectus distinctionem. Sumitur enim majestas vel cum respectu ad subiectum commune, & vocatur *realis*, vel proprium & vocatur *personalis*.

ANNOT. CCXXV. ad lin. 5.

Quenam sit ratio totius in maiestate.)

No. 1.

Totum aut prædicatur de sua parte in casu recto, ut totum *universale*, aut non prædicatur: hoc posterius aut *essentiale* est aut *integrabile*. Integrabile vicissim vel *corporeum* vel *incorporeum*, illud proprie, hoc analogice vocatur integrabile.

No. 2. Hæc si ad Maiestatem applicamus, patebit eam esse *totum integrabile* analogicum respectu regalium. Neque enim est genus regalium. E. non est totum universale. Neque verò est totum *essentiale*, quia dividitur in plures partes, quam duas, & ita dividitur, ut nulla pars sit alterius materia vel forma. Relinquitur ergò, ut si totum integrabile, & quidem analogicum, quia *incorporeum*.

No. 3. Totum integrabile analogicum etiam est anima respectu suarum potentiarum, quam Scholastici vulgo exemplum faciunt totius *possessivus*, id quod Fonseca Lib. IV. Instit. Dial. c. 3. p. 180. (citus etiam Stahlus c. 30. Comp. Metaph. p. 307. 308. revocat ad totum *integrabile*, licet improbane Scheiblerò Lib. I. Metaph. c. 6. no. 29. Potest autem atque Majestas quoque vocari totum potestativum, quia sc. partes ejus sunt potestates, & ipsa comparavi cum animâ & tanquam toto potestativo, præsertim cum quòd anima est in corpore, id Majestas sit in Republ.

No. 4. Sciamus tamen hoc simile etiam esse dissimile. Nam anima est forma substantialis, maiestas accidentalis. Anima subjectum est suarum potentiarum: maiestas subjectum suarum regalium non est, sed ipsa potius indiget subjecto. Animæ facultates ex multorum præstantium philosophorum sententiâ realiter inter se non differunt, at Regalia sic differunt inter se: possunt enim separari realiter.

No. 5. Porro cum omne totum integrabile sit vel simile vel dissimile, subdivisio hæc etiam Majestati accommodanda. Ea verò est totum *dissimilare* per rationem assignatam in Tabulâ.

No. 6. Quod autem addidimus, singulas quoque particulas posse in novas varietates vel modos pro diversitate materiæ circa quam specialioris, aut actuum exercendorum, comuni, id facilem interpretationem capiet ex verbis Piccarti ad Lib. IV. Pol. Arist. c. 572. cum ait: *Dividi dicitur jus maiestatis, quando pluribus statibus communicatur, sed alio atq. alio modo, v. g. ut ex Cicerone didicimus, auctoritas proponendi penes Senatum est; potestas jubendi (habes diversitatem actuum) penes populum: quo pertinent & actiones ipsius Maiestatis diversa v. g. condemnare aliquem est penes Senatum, liberare (no-*

nes populum. Summi Princeps curat monetam majorem v. g. Romanorum Imperator, sed suis solius nomine oppositò; Imperii Principes non nisi additò summi Principis; Populus minores monetas curat. (Est & in his diversitas quædam objectorum.)

ANNOT. CCXXVI. ad lin. 21.

An Majestas possit realiter dividi.)

No. 1. Quæstio an detur Republ. mixta præcipue dependet ex resolutione quæstionis: an Majestas possit dividi? Quare ambæ quæstiones aut affirmantur simul ab iisdem, aut negantur. *Conf.* quæ supra diximus Annot. CCVI. no. 2.

No. 2. Dividi posse Majestatem negant Bodinus Lib. II. de Republ. c. 1. f. 184. Hobbesius c. 8. de Civ. artic. 4. & alii. Sed pro affirmativâ satis firmum argumentum, uti reor, posuimus in Tab. Declaramus hic tantum *fines, qui voluntatem moveant, ut vel partes ipsas Maiestatis, vel partium præcipuarum modis non omnes uni sive homini sive cæteri permissas velit.*

No. 3. Hi fines duo sunt maxime. *Primus* est evitatio Tyrannidis seu abusionis Regalium. Si enim penes unum sit Majestas absoluta & plena nullâ ejus exceptâ particulâ, facile fieri potest, ut tali potestate irresistibili præditus eadem abutatur in perniciem subditorum pro libidine propriâ. Huic malo remedium est partitio regalium, siquidem qui non habet omnia regalia, is nec omnia potest, quæ vult. Ob eandem causam solent inter clavigeros ærarij publici vel archivorum claves distribui, nec uni dari omnes, nec ille pro libitu possit agere in eâ re, quæ vult.

No. 4. *Alter* finis est conservatio concordie inter imperantes. Quoniam enim distributis regalibus majoris momenti negotia in Republ. fieri non possunt, nisi conspirent voluntates habentium regalia, fiet inde, ut imperantes illi, tametsi aliâs fortè dissideant animis, malint tamen consentire universi quam singuli nihil agere.

No. 5. Atque hinc respondebitur ad argumentum partis adversæ, quo urgere solent, si dividantur regalia, propter horum inter se mutuam indigentiam, (quæ tamen fortasse non est planè omnium,) nihil posse ad effectum deduci ab ullo imperante: concedo enim, si cæteri dissideant, nego, si concordent, planè ut in clavibus inter fiscales distributis.

No. 6. Atqui, *inquit* hæc ipsa partitio dabit occasionem dissidiis. *Resp.* 1. dare etiam potest occasionem concordie, ut ante ostendimus. 2. quod si tamen interdum dat occasionem dissidiis, meminerimus in rebus humanis semper commodis adjacentibus incommodis. Sicut & eorum est. Regalia vero

No. 7. De cæteris, ut maximè dividantur regalia, manent ipsa nihilominus inter se unita in subiecto communi, quod est tota civitas: sicuti tamen facultates quinque sensuum maximè sint divisæ per certa corporis organa, uniuntur tamen in ipso animali tanquam subiecto communi.

ANNOT. CCXXVII. ad lin. 30.

(*Classes Regalium.*)

No. 1. Quoniam magnus est regalium numerus si ad infimas species descendas, utile est ea prædividere in certas classes.

No. 2. Vulgatissima prædivisio est regalium in *majora & minora*; sed ea tam simul obscura, ut in ea exponenda, quod capita sunt, totidem præne sint sententiæ. Et omninò cum regalium singulorum pretia ob causam lin. 19. prolatam exactè definiri non possint, necesse est, saltem in quibusdam ambiguos non reddi, an majoribus debeant accenseri, an minoribus, si majora & minora aliter, ac verba sonant, accipere velimus.

No. 3. Hugo Grotius Lib. I. de Jure Belli c. 3. no. 6. primam divisionem petit ex eo, quod civitatem imperans vel per se regit vel per alios.

No. 4. Nos divisionis in *immanentia & transeuntia* nondum pœnitet, de qua jam aliquid diximus Annot. CCXX. no. 3. siquidem petita est ex ipsa naturâ libertatis in genere acceptæ.

No. 5. In *transseuntibus* Regalibus cave confundas jus ipsum *gerendi belli* adversus hostes cum *jure deliberandi de bello, militum conscribendi, Magistratus bellicos eligendi*, hæc enim tria & quæ his sunt similia, sunt Regalibus *immanentibus* annumeranda.

No. 6. Quod autem divisionem nostram tam

angustam fecimus, ut sub eâ, non comprehendatur potestas *alienandi Majestatem*, de qua *. 4. factum est aliorum exemplò, qui de potestate illâ ubi de regalibus agunt, plane sunt securi, puto quia & ipsa est singularis & rarissimum ejus exercitium, nec nisi in casibus extraordinariis suâque raritate obscuris, obvium. Exemplum tamen usurpatæ hujus potestatis exhibent in historiâ Romanâ Campani, de quibus Hugo Grotius, Lib. I. c. 3. no. 8.


No. 7. Certum interim est, ut *libertatis personalis* portio quædam est posse libertatem eam abjicere, vendendo se v. g. in servitutem, sic & ad *civilem libertatem*, h. e. majestatem pertinere, posse eâ se ipsum exuere. *Plena libertas est*, inquit Gomezius Lib. II. de potestate in seipsum c. 17. no. 1. *posse sibi libertatem adimere*.

No. 8. Ergo, ne & hæc potestas planè ab omni divisione exulet, sic procedere possis: regale vel *extraordinarium* est, potestas Majestatem abdicandi, vel *ordinarium*. Et hoc iterum duplex: *immanens & transiens*. Vel etiam unicâ divisione h. m. Majestas vel agit in *seipsam*, vel in suos *æquales*, vel in *inferiores*. Ex primo nascitur singulare illud regale, quod reflexum appellare possis, ex secundo nascuntur transeuntia; ex tertio immanentia.

ANNOT. CCXXVIII. ad lin. 47. 48.

(*Huic loco non incommode inferendas.*)

Poterit etiam hæc doctrina transferri ad partem Politicæ de *Legibus*, cujus naturam Tab. LI. delineamus. Ut scilicet in primâ ejus sectione agatur de Legibus non tantùm positivis Reipubl. idealis, sed etiam naturalibus & pactis gentium.



AD TAB. L.

De Mutationibus Reipubl.

ANNOT. CCXXIX. ad lin. 3.

(*Lib. V. Polit.*)

Ubi vide c. 1. ab init. c. 6. in fin. c. 7. p. 335. 336. 339. His phraseologiis etiam addere *ἀναίρεσις* ex c. 4. p. 322.

ANNOT. CCXXX. ad membr. II.

(*Divisio.*)

No. 1. De mutatione ex parte *termini ad quem*, videndus Aristoteles I. V. Polit. c. 1. p. 307. *ἀεχαιὸν ἔργον* &c.

No. 2. De mutatione ex parte *causæ efficiens* Principalis lege Lib. V. Polit. c. 7. in fine.

No. 3. Quam verò nos subdivisionem fecimus intrinsecæ mutationis, eam Aristoteles Lib. V. Polit. 4. sub finem paulò aliter concipit. Dicit, mutari Reipubl. vel *διὰ τῆς βίας* *violenter*, vel *διὰ ἀνάγκης* *fraudenter*. Utrumque modum subdividit, *violenter* enim mutationes aut ab initio statim tales esse, aut cum initio minus violentæ fuerint, in violentiâ definire. In *fraudentis* etiam contingere, ut detectâ fraude, qui decepti sunt, vel consentiant

in mutationem metu videlicet periculi, vel non consentiant, & repugnent aliquâ fiducia tuendi status pristini: quò posteriore casu inchoata per fraudem perficere mutatores solent cum violentiâ, quod in casu priore factu opus non est.

No. 4. Hoc vult dicere Philosophus, mutationem esse vel puram, quæ vel vi vel fraude & inchoatur & perficitur: vel *mixtam*, quæ per vim inchoata pervasionibus blandis tandem perficitur, vel inchoata fraude perficitur vi.

No. 5. Nos omiſſa illâ in duram & mixtam prædivisione, quoniam observavimus de cæteris, inter vim & fraudem locum esse alicui tertio (potest enim mutatio fieri absque ullâ vi vel fraude, bonæ fide in mutationem conspirantibus omnium voluntatibus,) malimus immediatè opponere mutationem, quæ citra violentiam fit, mutationi quæ cum violentiâ, & priorem illam subdividere in fraudulentam & fraudis expertem. Posterioris exemplum, quod est de Theopompo, suppeditat ipse Aristoteles lib. V. Polit. c. 11. 69.

ANNOT.

ANNOT. CCXXXI. ad lin. 31.

In Genere.)

Partitionem *generalium* principiorum depromsi ex lib. V. Polit. cap. 2. 3. & 4. Sed ordinavi eo modo, qui visus mihi fuit discipulis fore apertissimus; addidi etiam aliquid, ut dissimilitudinem religionum, de qua tacet Aristoteles; aliquid omisi, ut illud, quod Aristoteles p. 215. vocat *διὰ τὰς ἐπιθείας*, cum sit obscurum, & sorte non incommode reduci queat ad aliquod ceterorum. Illud verò, quod de mixtis Rebuspubl. dicitur mutuatus sum è cap. 7. p. 356. *ἀρχὴ γὰρ τὸ μὴ μείχθαι καλῶς.*

ANNOT. CCXXXII. ad lin. 62.

In specie.)

Specialia hæc exsequitur Aristoteles lib. V. Polit. cap. 5. seqq. Nobis placuit ex singulis Rebuspubl. speciebus unicuique tantum excerptere, quod maxime videretur speciale. Cætera legantur apud Aristotelem & ejus interpretes.

ANNOT. CCXXXIII. ad lin. 26.

Improbias Demagogorum.

Vid. Lib. V. Polit. c. 5. Res autem sic habet. In Democriti vetustæ Græciæ Optimates à plebe misere vexabantur impulsu Demagogorum. Vexati ad arma civilia confugiebant. Quibus si vincerent, pro statu populari Oligarchicum habebat Respubl. si vincerentur, Tyrannicum, Demagogò scilicet supremò militiæ præfectò imperium invadente. Antequam enim artes dicendi invalescerent apud Græcos, vixalium Demagogos agebant, quam bello strenui. At ubi eloquentia admirationi esse cepit. Demagogi facundia studebant, & à plebe Magistratum eblanditi vicissim plebi subiciebant leges, quarum custodes esse debuissent. Ita ex mo-

deratò plebis imperio pessimæ tandem illæ exleges Democratiz culpa Rhetorum perverlorum enatæ sunt.

ANNOT. CCXXXIV. ad lin. 36.

Contentio Optimatum.)

No. 1. Aristoteles lib. V. Polit. c. 6. duos dicit esse modos mutationum *Oligarchicarum* communissimos. *Unam* si plebs injuriis imperantium exagitata seditionem moveat. *Alteram*, si ipsi inter se Optimates dissideant. *Priorem* modum hic omisi mus, quia communis est Oligarchiz cum Democratia, ut habes c. 1. sub finem.

No. 2. Circa *posteriorem* verò modum Aristotelis textus indiget emendatione, ubi scriptum est non longè ab initio capitis: *ἔχει δὲ ἡ ἐξ ἄλλων ἀρχὴ τούτων ἀναφορὰς.* Pro *ἄλλων* enim legendum aut cum Dn. Coringio p. 722. ad eum locum, *αὐτῶν*, aut *ἀλλήλων*. Talis enim seditio & c. 1. p. 309. vocatur *ἡ πρὸς ἀλλήλους στάσις.*

ANNOT. CCXXXV. ad lin. 46.

Discordia Regie familie.

De hac L. V. c. 10. p. 367. *Φθίρεται ἡ κατὰ δύο τρεῖς.*

ANNOT. CCXXXVI. ad eand. lin.

Φιλοτιμία.

De hac ib. p. 363. *τῶν ἢ ἀφ' ἰστορίας &c.* Intellige autem talem *Φιλοτιμίαν*, qua Regicidæ nihil aliud querunt, quam *gloriam*, ut ipsi putant, *immortalem* ex magno facinore perpetrato, etsi non ignorent, sibi misere ore pereundum Talis *Φιλοτιμία* & illos movit sicarios, quibus Jesuitæ ex cædibus regiis & æternam vitam, & si ipsos supplicio affici contingeret coronam Martyrum polliciti sunt. Distingve igitur hanc *Φιλοτιμίαν* ab illa dominandi cupiditate, de qua lin. 57.

AD. TAB. LI. De Legibus.

ANNOT. CCXXXVII. ad lin. 17.

Non egrediemur limites universalis Politicæ.)

No. 1.

TAB. XXXII. Membr. 1. distinguitur inter Systema Politicum *universale* & *particulare*. Illud methodicè in iis occupatur, quæ *communia* sunt omnibus Rebuspublicis, hoc in iis, quæ sunt *singulis* Rebuspubl. *propria*, vel certe ad eas applicata. *Singulas* Respubl. voco, individua Respubl. *actu existentia*, quale est Respubl. Regni Romani, Gallici, Hispanici, Veneta, Helvetiorum &c.

No. 3. Hæc cum ita sint, *dubitet* fortè aliquis, quomodo in parte de Legibus agi possit *de optimâ Respubl.* salvâ illius partis universalitate. Optima enim illa Respubl. videtur non universale esse quoddam, sed individuum. *Resp.* est individuum, sed *imaginarium* & ideale, non verò *actu existens*, quale in particulari Politicâ explicandum est. Illud autem *imaginarium* fingitur ab intellectu eum ipsum in finem, ut sit quasi *regula* quædam vel mensura generalis omnibus individuis actu existentibus applicabilis, ut ex majori minorive ad illam accessu æstimari possit earum perfectio. Sic

No. 4. Sed ecce *novum dubium*. Quomodo enim inquires, hâc in parte, salvâ ejusdem universalitate procedi potest ad examinandas Leges Rerum publ. individuarum, non modo idealium, sed etiam verè existentium, non habetur infra lin. 56? *Resp.* illud examen habet se instar applicationis exemplorum ad Regulas, in qua & bonorum exemplorum rectitudo & malorum vitia deonstrantur: quale quid in omnibus scientiis universalibus salvâ earum universalitate, fieri cum fructu potest.

No. 5. Manent nihilominus hâc ipsa in re inter universalem Politicam & particularem discrimina *cria* evidentiâ. Nam 1. universalis liberè vagatur per varia variorum individuorum exempla, sed particularis unius tantum individui quasi anomen suscipit 2. Exempla in universali Politicâ sicut aliquid secundarium faciens non ad esse, sed ad bene esse; in particulari verò aliquid primarium. 3. Universalis Politicus leges illas examinat ut censor tanquam regulata: particularis verò profert ea ut regulas ipsas.

No. 6. Cæterum *Aristoteles* quoque in libris Polit. quos haut dubiè Systema universale esse voluit, egit non modo de Optimâ Republ. Lib. VII. & VIII. quibus quatuor adhuc alios deesse non absque causâ suspicatur Dn. Conringius c. 2. Introduct. p. 578 & c. 6. p. 625. sed etiam Lib. II. aliarum Rerum publ. partim verarum ut Cretensum, Carthaginensium; partim idealium, ut Platonis, Phaleæ, Hippodami, leges vocavit ad censuram.

No. 7. Ab hoc autem opere Politico separavit ipse Libros eos, quibus omnium, ferè civitatum non Græciæ solum sed & Barbariæ mores, instituta & disciplinas descripsit, de quibus videatur Dn. Conringius in Edit. Polit. Arist. p. 547. (cui & fragmenta ex illis Libris subjungit) item pag. 570. c. 2. Introductionis.

ANNOT. CCXXXVIII. ad lin. 25.

Præcipiunt enim de omni virtute.)

Vide Aristot. lib. V. Nicom. I. I p. 192. *περὶ ἀρετῆς* & c. Tetigimus & supra Tab. XXIV. lin. 12.

ANNOT. CCXXXIX. ad lin. 13.

Legi vis inest obligandi, consilio non inest.)

Hâc eadem ratione Pontifici quoque distinguunt Evangelium in præcepta (i.e. leges) & consilia: quorum illa habeant, obligationem hâc non habeant, nisi ex voto. Ubi nostri non quidem ipsam distinctionem negant, sed ejus applicationem, cum Pontifici pro consiliis tantum habeant, quæ revera sunt præcepta seu leges.

ANNOT. CCXL. ad lin. 54.

In quot partes hæc doctrina secari queat?

No. 1. Si ad primam partem referas etiam doctrinam de Legibus *Naturalibus & pactis gentium* secundum ea, quæ An. CCXXXVIII. diximus, erit ea reliquis præmittenda. Et ejus certè in universali politicâ maxima est necessitas. Videmur enim *ideali Reipub.* posse carere, cum in theoriâ generali & Legibus Naturæ gentiumque satis sit ideæ. positivæ autem leges ideam unam respuere videntur ob maximam gentium nationumque diversitatem, quorum ingenia, diversas quoque leges positivas postulant. Neque temerè invenias inter Systematum Scriptores, qui idealem Remp. Systematis sui partem justam fecerint, cum talis ideæ magis sit lusus ingenii, qualem ævo recentiore dederunt Thomas Morus, Thomas Campanella, & Joh. Valent. Andreæ.

No. 2. Quod autem secus fecit Aristoteles, æmulatione Platonis aliorumque factum dixerim, unde & faciendum sibi putavit, ut ideales illas Antecessorum Respub. examinaret Lib. II. quâ occasione videtur ibidem & verarum quarundam Rerum publ. examen fuisse susceptum. Id verò examen commodissimè sic institui posse videtur, si per modum exemplorum vel laudabilium vel vituperandorum subiciatur regulis, & juxta eas dispergatur.

No. 3. *Ateram* partem, quæ de consiliis vocavimus de *Ratione Status*, quanquam hæc vox, prout vulgò accipitur, illam tantum ejus sectionem quæ securitati prospicit, solet notare. Nos utramque hæc ratione complecti voluimus, etiam illam puta quæ opibus ac divitiis studet; pro quibus utilia quædam præcepta colligi poterunt ex Oeconomicis Aristotelis; sicut ad partem de securitate multa faciunt ex Lib. V. & VI. Politicorum.

SOLI DEO GLORIA.



